


N. Inv. 540.

540

I

Valerius Ma-
ximus.

Item qua [illegible] Grat[illegible]
[illegible] in natale [illegible]
[illegible] post [illegible]
[illegible] arti. [illegible]

[illegible] causa [illegible]

[illegible]

[illegible]

826

II X

1

1 De religione ampliandi
2 De neglecta religione
3 De ominibus
4 De prodigiis
5 De somniis
6 De miraculis

2

1 De institutis antiquis
2 De disciplina militari
3 De iure triumphandi
4 De censoria nota
5 De maiestate.

3

1 De indole
2 De fortitudine
3 De patientia
4 Qui humili loco nati clari evaserunt
5 Qui a parentibus claris degeneraverunt
6 Que ab illustribus viris in veste vel in cetero cultu sibi licentius quam mos patrius permittebat usurpata sunt
7 De fiducia sui
8 De constantia

4

1 De moderatione
2 Que ex inimicitiis iuncti sunt amicitia vel necessitudine.
3 De abstinentia aut continentia
4 De paupertate
5 De verecundia
6 De amore coniugali
7 De amicicia
8 De liberalitate

5

1 De humanitate et clementia
2 De gratis
3 De ingratis
4 De pietate erga parentes
5 De parentum amore et indulgentia in liberos
6 De severitate patrum in liberos
7 De parentum adversus liberos suscepta moderatione
8 De parentibus qui obitum filiorum forti animo tulerunt

6

1 De pudicitia
2 Libere dicta aut facta
3 De severitate
4 Graviter dicta aut facta
5 De iustitia
6 De fide publica
7 De fide uxorum erga viros
8 De fide servorum erga dominos
9 De mutatione morum aut fortune

7

1 De felicitate
2 Sapienter dicta aut facta
3 Vafre dicta aut facta
4 Strategemata
5 De repulsis
6 De necessitate
7 De testamentis que rescissa sunt
8 Que rata manserunt cum haberent unde rescindi
9 Qui adversus homines opinionem heredes habuerunt

Urbis Rome exterarumque gencium facta
simul ac dicta memoratu digna que apud alios latius
diffusa sunt quam ut breuiter cognosci
possint ab illustribus electa auctoribus
deligere constitui ut documenta su-
mere volentibus longe inquisitionis labor
absit. Nec mihi cuncta complectendi
cupido incessit. Quis enim omnis eui ge-
sta modico voluminum numero comprehenderit.
Aut quis compos mentis domestice peregrineque historie
seriem felici superiorum stilo conditam vel attenciori cura vel
prestanciori facundia traditurum se sperauerit. Te igitur
huic cepto penes quem hominum deorumque consensus maris
ac terre regimen esse voluit certissima salus patrie cesar
inuoco cuius celesti prudencia virtutes de quibus dicturus
sum benignissime fouentur vicia seuerissime vindicantur.
Nam si prisci oratores a Ioue optimo maximo bene
orsi sunt. Si excellentissimi vates a numine aliquo
principia traxerunt mea paruitas eo iustius ad fauorem
tuum decurrerit quo cetera diuinitas opinione colligitur tua
presenti fide paterno auitoque sideri par videtur. Quorum
eximio fulgore multum cerimoniis nostris inclite claritatis
accessit. Reliquos enim deos accepimus cesares dedimus. Et
quoniam initium a cultu deorum petere in animo est de condicione eius
summatim disseram.

[M]aiores statuta solemnesque cerimonias pontificum scientia
bene gerendarum rerum auctoritate augurum observatione
Appollinis predictione vatum libris portentorum depulsiones
etrusca disciplina explicari voluerunt.

Prisco etiam instituto rebus divinis opera datur cum
aliquid commendandum est precatione, cum exposcendum
voto, cum solvendum gratulatione, cum inquirendum vel extis vel
sortibus impetrito, cum solenni ritu peragendum sacrificio, quo
etiam ostentorum ac fulgurum denuntiationes procurantur.

Tantum autem studium antiquis non solum servande sed etiam
amplificande religionis fuit ut florentissima tunc
decem principum filii senatus consulto singulis populis e-
trurie percipiende sacrorum discipline gratia traderentur.

tam et opulentissima

Cererem quam more greco venerari instituerant
sacerdotes, Velia cum id oppidum nondum civitatis
accepisset sacerdotem Calcitenam petente, vel ut alii
dicunt Calliphenam, ne dee vetustis ritibus perita deesset
antistes. Cuius cum in urbe pulcherrimum templum
haberent greco ritu moniti ex libris Sibillinis ut vetustis-
simam Cererem placarent Hennam civitatem, quoniam sacra
eius inde orta credebant, xv. viros ad eam propitiandam
miserunt.

Ceres

Item matri deum sepe numero imperatores nostri compotes
victoriarum suscepta vota Pessinuntem profecti
solverunt.

Cibele

Metellus vero pontifex maximus Postumium consulem

Max

eundemque flaminem Martialem ad bellum gerendum Affricam
petentem ne a sacris discederet multa indicta urbem
egredi passus non est. Religioni ergo summum imperium
cessit, quod tuto se Postumius Martio certamini commissurum
non videbatur cerimoniis Martis desertis. Tiberius graccus

Laudabile duodecim fascium religiosum obsequium,
laudabilior quatuor et viginti in consimili re obedientia.
1 A tiberio enim Graccho ad collegium augurum litteris a pro
vincia missis, quibus significabat se, cum libros ad sacra
populi pertinentes legeret, animadvertisse vicio tabernaculum
captum comiciis consularibus, que ipse fecisset, eaque re ab
auguribus ad senatum relata iussu eius Gayus Figulus e
Gallia, Scipio Nasica e Corsica Romam redierunt et se consula
tu abdicaverunt.

8 Consimili ratione publius Cloelius Siculus, Marcus Cornelius
Cetegus, Gayus Claudius propter exta parum cu
riose admota aris deorum immortalium variis temporibus bellis
quod dulsis flammonio abire iussi sunt coactique etiam.

Q. Sulpicio inter sacrificandum e capite apex prolap
9 sus eidem sacerdotium abstulit. Occentusque soricis
10 auditus Fabio Maximo dictaturam, Gayo Flaminio ma
gisterium equitum deponendi causam prebuit. Custodia
11 eciam hiis quod P. Licinio pontifici maximo virgo Ve
stalis, quod quadam nocte parum diligens eterni ignis custos
12 fuisset, digna visa est que flagro admoneretur. Maxime
vero virgis eiusdem discipulam extincto igne tuta

ab omni reprehensione veste numine prestitit qua dotate
cum carbasum quam optimam habebat foculo impo
suisset subito ignis emicuit. Non mirum igitur si pro eo im
perio augendo custodiendoque pertinax eorum indulgentia deorum
semper excubuit quod tam scrupulosa cura parvulaque momenta
religionis examinari videbantur quia numquam remotos ab ex
actissimo cultu cerimoniarum oculos habuisse nostra civitas
existimanda est. In qua cum Marcellus quintum consulatum
gerens templum honori et virtuti clasticio prius deinde
siracusis potitus nuncupatis debitum votis consecrare vellet
a collegio pontificum impeditus est negante cellam unam
duobus diis recte dicari futurum enim si quid prodigii in ea
accidisset ne cognosceret utri rem divinam fieri oporteret
nec duobus nisi certis diis una sacrificari solere. Ea pon
tificum admonitione effectum est ut marcellus separatis edibus
honoris ac virtutis simulacra statueret. Neque aut collegio
pontificum auctoritas amplissimi viri aut marcello adiectio
impense impedimento fuit quominus religionibus suus te
nor suaque observatio redderetur. Obruitur tot illustribus
consulibus L. furius bibaculus exemplique locum vix post
marcellum invenit. Sed pii simul ac religiosi animi
laude fraudandus non est qui pretor a patre suo collegii
saliorum magistro iussus sex lictoribus precedentibus ancilia
tulit cum vacationem huius officii honoris beneficio haberet. Omnia
namque post religionem ponenda semper nostra civitas duxit
etiam in quibus summe maiestatis conspici decus voluit. Quapropter

Mag. furius bibaculus

Non dubitaverunt sacris impia servire ita se vivaz rex futura regimine extimarat si omnino potentie ac bene constanter fuissent familiari. Sed cum iudicium in privatis pectoribus versatum est. | Lucius albanus

17 Urbe enim a gallis capta cum flamen quirinalis
Virginesque vestales sacra onere partito ferrent easque pontem sublicium transgressas et clivum qui ducit ad ianiculum descendere incipientes lucius albanus plaustro coniugem et liberos vehens aspexisset propior publice religioni quam private caritati suos ut plaustro descenderent imperavit atque in id virgines et sacra imposita omisso cepto itinere cerem oppidum pervexit ubi cum summa veneratione recepta grata memoria ad hoc usque tempus hospitalem humanitatem testatur. Inde enim institutum est sacra cerimonias vocari quia ceretani ea fracto rei publice statu perinde ac florente anteculerunt quorum agreste illud et sordidum plaustrum tempestive capax cuiuslibet fulgentissimi triumphalis currus vel equaverit gloriam vel antecessit.

16 Eadem rei publice tempestate gaius fabius dorso suo memorabile exemplum servande religionis dedit. Nam gallis capitolium obsidentibus ne statum fabie gentis sacrificium interrumperetur gabino cinctu ritu manibus humerisque sacra gerens per medias hostium stationes in quirinalem collem pervenit ubi omnibus solemni more peractis in capitolium propter divinam venerationem victricium | Gaius fabius

armorum pro inde ac victor redyt. Magna conservate 11
religionis etiam Publio Cornelio et Bebio Pamphilo
consulibus apud maiores nostros acta cura est. Siquidem in agro
Lucii Petilii scribe sub Ianiculo cultoribus terram altius versantibus
duabus archis lapideis repertis quarum in altera scriptura
indicabat corpus Nume Pompilii fuisse, in altera
libri reconditi erant latini vii de iure pontificum, totidemque
greci de disciplina sapientie, latinos magna diligentia
asservandos curaverunt, grecos quia aliqua parte ad solvendam
religionem pertinere existimabantur Quintus Petilius pretor
urbanus ex auctoritate senatus per victimarios facto igni in conspectu
populi cremavit. Noluerunt enim prisci viri quicquam observari
in hac civitate quo animi hominum a deorum cultu avocarentur.
Tarquinius autem rex Marcum Tullium duumvirum quod librum 18
secreta civilium sacrorum continentem custodie sue commissum
pecunia corruptus Petronio Sabino describendum dedisset
sacco culleo insutum in mare abici iussit. Idque supplicii
genus multo post parricidis lege irrogatum est. Iustissime quidem
quia pari vindicta parentum ac deorum violatio expianda 19
est. Sed quod ad custodiam religionis attinet nescio an omnes

De amore patrie Reguli:

Marcus Attilius Regulus precessit, qui ex victore speciosissimo
et insidiis Hasdrubalis et Xantippi Lacedemonii ducis
ad miserabilem captivi fortunam deductus, ac missus ad se-
natum populumque Romanum legatus, ut ex se et uno et sene complures
Penorum iuvenes pensarentur, in contrarium dato consilio Car-
thaginem petiit non ignarus ad quam crudeles et quam merito

sibi infestos deos hostes reverti. Primo quidem hic iuraverat si
captivi eorum redditi non forent ad eos sese rediturum
potierit. Postea vero quam de moribus efferata mitigare seuiciam
ceterorum quo clarior esset Attilii gloria Carthaginenses uti
moribus suis de eo passi sunt vexati urbis eorum multum in
20. sta exactum praeda. Tanto nostre civitatis senatus vene
rabilior in deos qui post Cannensem cladem decreverunt
ne matrone ultra tricesimum diem luctus suos exten
derent ut ab his sacra Cereris peragi possent. Quia ma
iore pene Romanarum virium parte in execrabili ac
diro solo iacente nullius penates expertes meroris
erant. Itaque matres et filie coniugesque et sorores nuper
interfectorum abstersis lacrimis depositisque doloris
insignibus candidam induere vestem et aris thura
dare coacte sunt. Qua quidem constancia optinende re
ligionis magnus celestibus iniectus est pudor rubor
ulterius adversus eam seviendi gentem que nec illarum
quidem acerbitate ab eorum cultu absterreri potuerint. Iuno
21 Creditum est Varronem consulem apud Cannas cum
Carthaginensibus tam infeliciter dimicasse ob
iram Iunonis quod cum ludos circenses edilis faceret in
Iovis maximi optimique templo eximia facie puerum
hystrionem ad excubias tenendas posuisset. Quod factum post
aliquos annos memoria repetitum sacrificiis expiatum
2 est. Hercules quoque detracte religionis sue et graves et ma Hercules
nifestam penam exegisse traditur. Nam ad potitios
sacrorum eius ritum que pro dono genti eorum ab ipso assignatum

Capitulum Secundum De Neglecta Religione

Velut hereditarium obtinuerat auctore appio censore ad humile
seruorum ministerium transtulissent ob quam erant numero super xxx
puberes intra annum extincti sunt nomenque potitium in xii fa
milias diuisum prope interiit. Appius vero luminibus captus est.

Apollo.

Acer etiam sui numinis uindex Apollo qui Carthagine a
Romanis oppressa ueste aurea nudatus id egit ut sacrilegas
manus inter fragmenta eius abscisas inuenirent.

Brennus Gallorum dux delphis apollinis templum
ingressus dei uoluntate in se manus conuertit. Acer

Esculapius

eius effectus uindex contempte religionis filiusque eius Escu
lapius qui consecratum templo suo lucum a Turullio prefecto
Antonii ad naues eius faciendas magna ex parte succisum
dolens inter ipsum nephandum ministerium deuictis partibus An
tonii imperio cesaris morti destinatum Turullium manifeste
numinis sui uiribus in eum lucum quem uiolauerat traxit ef
fecitque ut ibi potissimum a militibus cesarianis occisus eodem
exitio etiam deiectis iam arboribus penas lueret et adhuc
superantibus immunitatem consimilis iniurie pareret suamque
uenerationem quam apud colentes maximam semper habu
erat deus multiplicauit. [illegible] at fuluius flaccus im
pune non tulit quod in censura tegulas marmoreas ex iu

Iuno lociniē

nonis lacinie templo in edem fortune equestris quam rome
faciebat transtulit. Negatur enim post hoc factum mente constitisse.
Quin etiam per summam egritudinem animi expirauit cum ex
duobus filiis in illirico militantibus alterum decessisse alterum
grauiter audisset affectum. Cuius casu motus senatus tegulas locris

reportandas curavit ceterum ex spectatissima felicitate
impium opus censoris retexuit. Tam me hercule quam Proserpina
postumii Pleminii legati Scipionis thezauro Proserpine
spoliando sceleratam avariciam iusta animadversione vindi
cavit. Cum enim eum vinctum Romam pertrahi iussisset
ante dictionem cause in carcere teterrimo genere morbi con
sumptus est. Pecuniam dea emisso senatus imperio etiam
summam duplicando recuperavit. Que quo ad publi
Pleminii facinus pertinuit est ultra a patribus conscriptis vin
dicata quo ad violentas regis Pyrri sordes attinuerat
se ipsam potenter atque efficaciter defendit. Coactis enim
Locrensibus ex thezauro eius magnam illi pecuniam
dare cum onustis nephanda preda navigaret subita
tempestate tota cum classe vicinis dee litoribus illisus
est. In quibus pecunia incolumis reperta sanctissimi the Iuno
zauri custodie dee restituta est. Sed non sic Massinissa
rex cuius cum prefectus classis Melitam appulisset et eque
ex fano Iunonis dentes eburneos eximie magnitudinis
dominis sublatos ad eum pro dono attulisset ut comperit
unde essent advecti quinqueremi reportandos Meli
tam inque templo Iunonis collocandos curavit insculp
ptos gentis sue litteris significantibus regem ignorantem eos a
accepisse et libenter dee reddidisse. Factum Massinisse
animo quam Punico sanguini conveniens. Ceterum quid atti
net mores natione pendi. In media barbaria ortus
sacrilegium alienum rescidit. Syracusis genitus Dionisius
tot sacrilegia sua quot iam recensui recognoscam iocosis
dictis prosequi voluptate loco duxit. Fano enim Pro- Proserpina

De sacrilegiis innumeris dyis a Dionisio tyranno illatis.

proserpine spoliato locris templo cum per altum secundo velo classe
veheretur ridens amicis videtisne ait quam bona navi
gacio ab ipsis dijs inmortalibus sacrilegis tribuitur. Detracto 11
etiam Iovi olimpio magni ponderis aureo amiculo quo
Iupiter eum tirannus hiero e manubijs cartaginensium ornaverat.
iniectoque ei laneo pallio dixit estate gravem esse aureum
amiculum hyeme frigidum laneum autem ad utrumque tempus
Esculapius aptum. Idem epidauri esculapio barbam auream 12
demi iussit quod affirmaret non oportere patrem appollinem
inberbem ipsum barbatum conspici. Idem mensas argenteas 13
atque aureas e fanis sustulit. Quodque in hiis more grecie
scriptum fuit bonorum deorum eas esse uti bonitate eorum se predicabat.
Idem victorias aureas et pateras et coronas que simulacrorum 14
porrectis manibus sustinebant tollebat et eas se accipere non
auferre dicebat per quam stultum esse argumentando a quibus bona
precamur ab hiis porrigentibus nolle sumere. Quem tametsi debita
supplicia non exceperunt dedecore tamen filii mortuus penas re
pendit quas vivus effugerat. Lento enim gradu ad vin
dictam sui divina procedit ira tarditatemque vindicte sup
plicij gravitate compensat. In quam ne incideret thi 17
masitheus liparitanorum princeps consilio sibi aliter atque
universe patrie utili providit exemplo. Excepta namque in freto
a civibus suis piraticam exercentibus magni ponderis au
Apollo phitius rea cratera quam romani phitio appollini decime
nomine dicaverant mittendam ad eam partiendam populo
ut comperit a manibus vendentium ereptam eam delphos
misit et perferendam curavit.

Deiotaro vero regi omnia fere auspicato genti salutaris Deiotarus
1 aquile conspectus fuit qui visa abstinuit se ab eius
tecti usu, quod nocte sequenti ruina solo equatum est. Omnium
etiam observatio aliquo contactu religionis contacta est
itaque non fortuito motu sed divina providentia consta- Camillus
2 re creditur, que effecit ut urbe a gallis disiecta delibe-
rantibus patribus conscriptis utrum veios migraret an
sua menia restituerent, forte eo tempore e presidio cohortibus
redeuntibus centurio in comitio exclamaret: Signifer statue
signum, hic optime manebimus. Ea enim voce audita senatus
se accipere omen respondit, e vestigio consilium veios transeundi
omisit. Quam paucis verbis de domicilio futuri imperii
summi consummata est condicio. Credo indignum deos existimantes
bus prosperrimis auspiciis romanum nomen ortum ve-
ientane urbis appellatione mutari, inclitique victorie
decus modo abiecte urbis ruinis infundi. Huius tam
3 preclari operis auctor Camillus cum esset precatus ut si cui deorum
nimia felicitas populi romani videretur, eius invidia suo aliquo
incommodo saciaretur, subito lapsu decidit. Quod omen ad
dampnacionem qua postea oppressus est pertinuisse visum est.
Merito autem inter se de laude victoria et pia precacio
amplissimi viri certaverunt: eque enim virtutis est et prius bo-
na auxisse et mala in se transferre voluisse. Quid illud quod lucio
4 paulo Emilio consuli evenit quam memorabile. Cum enim Lucius
sorte evenisset ut bellum cum rege perse gereret et do-
mum e curia egressus filiolam suam nomine Terciam
que tunc erat admodum parvula osculatus tristem anim-

Consules romani habebant gubernacionem provincie
dum aliqua provincia rebellabat vel consul ex deputatis
ad eam corrigendum mittebatur.

advertit interrogavitque quid ita eo vultu esset, que respondit Persam
perisse. Decesserat autem catellus quem puella in deliciis ha
buerat nomine Persa. Arripuit igitur omen Paulus exque for
tuito dicto quasi certam spem clarissimi triumphi animo
triumpho presumpsit. At Cecilia Metelli uxor dum sororis

Cecilia

filie adulte etatis virgini more prisco nocte concubia
nuptialia petit omen ipsa fecit. Nam cum in sacello quo
dam eius rei gratia aliquamdiu persedisset nec aliqua vox proposito co
gruens esset audita, fessa longa standi mora puella
rogavit materteram ut sibi paulisper locum residendi accommo
daret. Cui illa: Ego vero inquit libenter tibi meam sedem
cedo. Quod dictum ab indulgentia profectum ad certi ominis
processit eventum, cum Metellus non multo post mortua Ce
cilia virginem de qua loquor in matrimonium duxit. Caio

Marius Gaius

autem Mario observatio ominis procul dubio saluti fuit, quo
tempore Marius hostis a senatu iudicatus in domo Fannie
Minturnensis custodie causa deductus est. Animadverterat enim asellum
cum ei pabulum obiceretur eum neglecto eo ad aquam procurre
tem. Quo spectaculo deorum providentia quod sequeretur
oblatum esse ratus, alioquin etiam interpretandarum religionum
peritissimus, a multitudine que ad opem illi ferendam conflu
xerat impetravit ut ad mare perduceretur, et protinus navi
culam conscendit eaque in Affricam pervectus arma Sille
victricia effugit.

Pompeius magnus

Pompeius vero magnus in acie Farsalica victus a Ce
sare fuga querens salutem cursum in insulam Cyprum
ut aliquid in ea virium contraheret classem direxit, appellensque

ad opidum paphum conspexit in litore speciosum edificium
gubernatoremque interrogauit quod nomen esset ei Cui
catobasilea uocari que uox spem eius que quantulacumque
restabat comminuit neque id dissimulanter tulit conuertit enim
oculos ab illis tectis ac dolorem quem ex eo omine
ceperat gemitu patefecit.

Brutus

Iam bruti dignus admisso parricidio euentus omine
designatus est. Siquidem post id nephandum opus na-
tale suum celebrans cum grecum uersum expromere vellet
ad illud potissimum homericum referendo animo tetendit.
Moa mupo oov kataw loyda ... deus philipensi
acie a cesare et anthonio signo datus in eum tela conuertit.

Cassius

Consentaneo uocis iactu Gaii Cassii autem fortuna pro-
uellit que oranti rodiis ne ab eo cunctis deorum simulacris
spoliarentur solem a se relinqui respondit ut rapa-
cissimi uictoris insolenciam vatici tumore perstringeret abiecta
quod macedonica pugna non effigiem solis qua tunc sup-
plicibus cesserat sed ipsum solem reuera relinquere cogeret.

Petilius

Annotatu dignum id quoque omen sub quo petilius consul in
liguria bellum gerens occiderat. Nam cum montem cui
leto cognomen erat oppugnaret, interque adhortationem
militum dixisset hodie ego letum utique capiam inconsideranter
proeliando fortuitum iactum uocis leto suo confirmauit etc.

Prienenses

Media his duo eiusdem generis alienigena exempla non
absurde possunt. Samii prienensibus opem aduersus
carras implorantibus arrogancia instincti pro classe et
exercitu sibillam eis derisui gratia miserunt quam illi velud
diuinitus datum presidium interpretati libenter recepta vera

Apoloniate — fatorum predicatione victorie ducem habuerunt. Et apolloni
ate quidem primam egerunt qui cum bello illirico pressi epi
dauros ut sibi opem ferrent orassent atque illi flumen
vicinum menibus suis nomine eantem in adiutorium eorum
sese mitte dixissent eatium inmi quid datur ceciderunt eique
in ace locum proinde ac duci assignarunt et insperato eum
superati hostilibus successibus suum omne acceptum referentes
et tunc eanti ut deo immolauerunt et deinceps omnibus
prelijs ducem uti instituerunt.

Prodigiorum quoque que aput scevola adversa acciderunt
debita proposito meo relatio est. Servio tullio etiam — Servius tulius — 1
tum paruulo dormienti circa caput flammam emicuisse domestica
orum oculi annotauerunt quod prodigium cum regis anci uxor
tanaquil admirata filium natum in modum filii educauit
et ad regium fastigium euexit. Eque felicis euentus illa flamma — 2
que ex lucij marcij ducis duorum exercituum quos morte publij
et scipionis in hyspania debilitauerat capite contionantis — Lucius Marcius
eluxit siquidem eius aspectu pauidi adhuc milites
pristinam recuperare fortitudinem admoniti octo et
xxx^ti milibus hostium cesis magnaque eorum in potestatem
redacta bina castra punicis opibus referta ceperunt. Item — Romani — 3
cum bello acri et diutino vejentes a romanis intra
menia compulsi capi non possent eaque mora non minus
obsidentibus quam obsessis intollerabilis uideretur exoptate
victorie iter miro prodigio dij inmortales patefecerunt.
Subito enim albanus lacus neque celestibus auctus ymbribus
sed et inundacione amnis adiutus solitum stagni modum

excessit. Cuius rei exploratione gratia legati ad delphicum oraculum missi retulerunt precipi sortibus ut aquam eius lacus per agros emissam diffunderent: sic enim veios in potestatem populi romani venturos. Quod prius quam legati renunciarent, aruspex veientium a milite nostro, quia domestici interpretes deerant, raptus et in castra perlatus futurum dixerat. Senatus ergo duplici predictione monitus eodem tempore et religioni paruit et hostium urbe potitus est.

Silla

L. Silla consul sociali bello cum in agro nolano ante pretorium immolaret, subito ab yma parte are prolapsam anguem prospexit: qua visa Postumii aruspicis hortatu continuo exercitum in expeditionem eduxit, ac fortissima samnitum castra cepit. Que victorie future eius glorie ac amplissime potencie gradus et fundamentum extitit.

Ceterum admirationis etiam illa prodigia que P. Volumnio et Servio Sulpicio consulibus in urbe nostra inter initia motusque bellorum civilium acciderunt.

Bos

Bos namque mugitum suum in sermonem humanum converso novitate monstri audientium animos conterruit.

Caruch

Carnis quoque in modum nimbi dissipate partes ceciderunt, quarum maiorem numerum prepetes diripuerunt aves, reliquum humi per dies nec odore tetro nec deformi aspectu mutatum iacuit. Eiusdem generis monstra alio tumultu credita sunt: puerum infantem semestrem in foro boario triumphum clamasse; alium cum elephantino capite natum; in piceno lapides pluvisse; in gallia lupum vigili evaginatum gladium abstulisse; in sardinia scuta duo sanguine sudasse; etiam metentibus cruentas

In cronicis Martini ... Bos ...

cruentas spicas in corbe decidisse Celites aquas sanguine mi 13
xtas fluxisse Bello autem punico secundo constat Gaio domi 18
tio bovem dixisse Cave tibi roma Gaius autem flamineus
cum inauspicato consul creatus apud lacum trasimenum cum ha
nnibale conflicturus convelli signa iussisset lapso equo super cap
ut eius humi prostratus est Nihiloque eo prodigio inhibitus sig
Gaius flamineus
niferis negantibus signa moveri sua sede posse malum ni ea
De bello punico
continuo effodissent minatus est Verum huius temeritatis utinam
non et populi romani maxima clade penas pependisset In
15000 6000 20000
ea namque acie quindecim milia romanorum cesa vi milia capta
viginti milia fugata sunt Consulis obtruncati corpus ad
funerandum ab hannibale quesitum quem quantum in ipso fuerat
romanum sepellierat populi imperium Flaminei autem prae
Mancinus
cipitem audaciam Gaius hostilius mancinus vesana perseverantia
subsecutus est Cui consuli in hyspaniam ituro hec prodigia
acciderunt Cum enim lavinii sacrificium facere vellet pulli e
cavea emissi in proximam silvam fugerunt summaque diligentia
quesiti reperiri nequiverunt Cum ab herculis portu quo
pedibus pervenerat navem conscenderet talis vox sine ullo
auctore ad aures eius pervenit Mancine mane Cuius
territus cum itinere converso genuam petisset et ibi scapham
esset ingressus anguis eximie magnitudinis visus est conspectu abiit
Ergo prodigiorum numerum calamitatum equavit infelici pugna
Tiberius gracchus
turpi federe deditione funesta Minus mirum in homine 16
parum considerato temeritatem Tiberii Grachi gravissimi
civis erupisse et prodigio denuntiate nec vitatus consilio fati
Consul enim cum in lucanis sacrificasset angues duo ex occulto

prolapse repente hostie quam immolaverat omeso iecore
in easdem se latebras retulerunt. Ob id deinde statim instau-
rato sacrificio idem prodigii evenit. Tertia cesa victima
diligentiusque observatis extis neque lapsu serpentium arceri neque
fuga impediri potuit. Quod quamvis aruspices ad salutem
imperatoris pertinere dixissent Gracchus tamen non cavit ne
perfidia hospitis sui Flavii insidiis in eum locum deductus in quo — Marcellus
Penorum dux Mago cum armata delituerat inermis occideret.
17 Et consulatus collegium et exitus societas et par genus mortis
a Tiberio Graccho ad Marcelli memoriam me trahit. Is enim
captarum Siracusarum et Hanibalis ante Nolana menia
a se primum fugere coacti gloria inflammatus summo studio
niteretur ut Penorum exercitum aut in Ytalia prosterneret aut
Ytalia pelleret. Sollemnique sacrificio voluntates deorum explo-
raret que prima hostia ante foculum cecidit eius iecur si-
ne capite inventum est. Proxima caput iecoris duplex habuit.
Inspectis aruspex non placere sibi exta tristi vultu quia prima
trunca secunda leta apparuissent respondit. Ita monitus Marcellus
ne quid temere conaretur, insequenti nocte speculandi gratia
cum paucis egredi ausus a multitudine hostium in Bruttiis cir-
cumventus eque magnum dolorem ac detrimentum patrie moriens
18 suo attulit. Iam Octavius consul diu omen quemadmodum — Octavius
timuit ita evitare non potuit. E simulacro enim Apollinis
per se abrupto capite et ita infixo humi ut evelli nequiret
armis cum collega suo Cinna dissidens persuasit animo
ea re significari exitum suum in quem mediis auguriis tristi
fine vite incidit. Tum demum immobile dei caput ter-
ris refigi potuit.

Crassus

On sunt nos M. crassi inter gravissimas Romani imperii
iacturas numerandi hoc loco de se silencium agere permittit
et evidentissimis ante tantam ruinam monstrorum pul-
satis ictibus. Ducturus a carris adversus parthos exercitum pul-
lum ei traditum est paludamentum cum in prelium exeuntibus
album aut purpureum dari soleat. mesti et taciti milites
ad principia convenerunt qui vetere instituto ad clamore
alacri occurrere debebant. Aquilarum altera vix convelli a primi
pilo potuit altera egerrime extracta in contrariam fereba-
tur partem ac se ipsam comitata est. Magna hec prodigia sed et
ille clades multo aliquanto maiores tot pulcherrimarum le-
gionum interitus tam multa signa hostilibus intercepta manibus
tantum romane militie decus barbarie obrutum equitatu op-
time indolis filii cruore patrum respersi oculi corpus imperatoris
inter promiscuas cadaverum strues avium ferarumque laniatibus
obiectum. Vellem quidem placidius sed quod relatum verum est.
Sic deorum spreta excandescunt sic humana consilia castigantur ubi
se celestibus preferunt etc.

Gneus pompeius

Neum etiam pompeium Iupiter omnipotens habunde monue-
rat ne cum G. cesare ultimam belli fortunam ex-
periri contenderet egresso a dirrachio adversa eius agmini
fulmina iaciens examinibus apium signa obscurando subita tristicia
implicitis nocturnis vagi exercitus terroribus ab ipsis altaribus
hostiarum fugas. Sed inevitabiles leges necessitatis pectora aliquin
ab omni certamine remota prodigia ista ista extimatione propria
passe non sunt. Itaque dum ille elevat auctoritatem amplis-
simam et opes privato fastigio excelsiores quaque ornamenta
que ab ineunte adolescentia ad invidiam usque contraxerat

Narrat que signa apparuerunt in die belli thessalici que victoriam signaverunt ex parte cesaris

spacio in diei confregit. Quo die constat in delubris deorum sponte
sua signa conversa, militarem clamorem strepitumque armorum
adeo magnum anthiochie et ptolomaide auditum ut in
muros concurrerent, sonitum tympanorum pergami abditis delu-
bris editum, palmam viridem trallibus in ede victorie sub
cesaris statua inter coagmenta lapidum iuste magnitudinis enatam,
quibus apparet celestium numen et cesaris glorie favisse
et pompeii errorem inhibere voluisse. — Julius

Tuas aras tuaque sanctissima templa dive Iuli ve-
neratus oro ut propitio ac faventi numine tantorum
virorum casus sub tui exempli presidio ac tutela delitescere pa-
tiaris. Te enim accepimus eo die quo purpurea veste velatus
aurea in sella consedisti, ne maximo studio senatus exqui-
situm et delatum honorem sprevisse videreris, priusquam
optatum civium oculis conspectui tuo offerres cultui religio-
nis, in quam mox eras transiturus, vacasse, mactatoque opimo
bove cor in extis non repperisse, ac responsum tibi a spurinna
auruspice pertinere id signum ad vitam et consilium tuum, quod utraque
hec corde continerentur. Erupit deinde eorum parricidium qui, du-
m te hominum numero subtrahere volunt, deorum concilio adiecerunt.
Claudatur hoc exemplo talium ostentorum domestica relatio,
ne si ulterius romana apprehendero de celesti templo ad
privatas domos nec consentaneos usus transtulisse videar.
Attingam igitur externa que latinis litteris inserta auctorita-
tis minus habitura aliquid tamen varietatis afferre putentur. — Xerses

In exercitu Xersis quem adversus provinciam Grecie contra-
xerat eque partu leporem editum constat, quo genere
monstri tanti apparatus significatus est eventus. Salamine mare

Xerses

Classibus, terram pedestri exercitu opperuit, ut fuge ac leporis pavido regressu regnum suum repetere coactus est.

Eidem incitato atque ira idem regresso prius quam Athenas deleret, Lacedemoniis invadende consilium agitanti admirabile inter cenam prodigium incidit: infusum namque patere eius vinum in sanguinem nec semel sed iterum et tercio conversum est. Cuius de re consulti magi monuerunt ut se ab incepto proposito abstineret; et si quod vestigium in vecordi pectore sensus fuisset, cavere potuisset ante de Leonida et Spartanis habunde monitus.

Midas.

Mide vero cuius imperio Frigia tota fuit subiecta, puero dormienti formice in os grana tritici congesserunt. Parentibus deinde eius quorsum prodigium tenderet explorantibus, augures responderunt omnium illum mortalium futurum ditissimum. Nec vana predictio extitit. Nam Midas cunctorum pene regum opes habundancia pecunie antecessit infancieque incunabula vili deorum munere donata onustis auro et argento gazis pensavit.

Plato

Formicis Mide iure meritoque apes Platonis pretulerim. Ille enim caduce ac fragiles, hee solide et eterne felicitatis indices extiterant, dormientis in cunis parvuli labellis mel inserendo. Qua re audita prodigiorum interpretes singularem eloquii suavitatem ore eius emanaturam dixerunt. Et michi quidem ille apes non montem Hymetium thimi flore redolentem sed musarum eliconios colles omni genere doctrine virentes dearum instinctu depaste maximo ingenio dulcissima summe eloquentie instillasse videntur alimenta.

Sed quoniam divicias Mide distulique Platonis somnium attigi, tesseram querere ymaginibus multorum quies adumbrata sit, quem locum unde ordiar quam a divi Augusti [potius]

Capitulum quintum de sompniis.

Octauianus

sacratissima memoria sua eius medicus arthorius somnium capiti
nocte quam dies insecutus est quo in campis philippicis romani
inter se exercitus concurrerunt minerue species oborta precepit ut illum
graui morbo implicitum moneret ne propter aduersam ualitu-
dinem proximo prelio non interesset. Quod cum cesar audisset
lectica se in aciem deferri iussit. Ubi dum supra uires corpo-
ris pro adipiscenda uictoria excubat castra eius a bruto capta
sunt. Quid ergo aliud putamus quam diuino munere effectum ne desti-
natam iam immortalitati caput indignam celesti spiritu fortune uiolentiam
sentiret.

Julius

Augustum vero preter naturalem in omnibus rebus
subtiliter perspiciendis uigorem et recens et domesticum
exemplum eius somnio obtemperet admonuit. Audierat
enim diui iulii patris sui uxorem calpurniam nocte quam
is ultimam in terris egit inquiete dormisse multis eum
confectum uulneribus in suo sinu iacentem somniique atro-
citate uehementer attonitam rogare non desiisse ut proxi-
ma die a curia se abstineret. At illum ne muliebri somnio mo-
tus id fecisse extimaretur senatum in quo ei parricidarum manus
illate sunt adire contendisse. Non est inter patrem et filium
ullius rei comparationem fieri presertim diuinitatis fastigio iunctos.
Sed iam alter operibus suis aditum sibi ad celum instruxerat
alteri longus adhuc terrestrium uirtutum orbis restabat. Ideoque
ab hoc tantum modo pendentem mutationem status cognosci ab il-
lo etiam differri dii immortales uoluerunt ut aliud decus celo
daretur aliud promitteretur.

Publius decius / Titus mallius / torquatus

Illud etiam somnium et magne admirationis et clari
exitus quod eadem nocte duo consules P. decius et T.
mallius torquatus latino bello ac periculoso et graui non
procul ab uiseui monte radicibus positis castris uiderunt

Eusebius

Utrique enim quidam per speciem in quiete portendit ex altera acie im-
peratorem, ex altera exercitum diis manibus matrique terre deberi.
Utrius autem dux copias hostium aggrederetur superque eas sese ipsum
devovisset victoriam habiturum. Id luce proxima consulibus
sacrificio vel expiaturis si posset averti, vel si certum deorum
ad monitu visum foret executuris, hostiarum exta somnio
congruerunt. Conveniretque inter eos, ut cuius cornu prius laborare
cepisset ut is capite suo fata patrie lueret. que neutro formidante
Decius depoposcit. Sequitur ergo ad publicam religionem pertinens somnium.

Trans

Cum plebeis ludis quidam paterfamilias per circum Flaminium
priusquam pompa induceretur, servum suum verberibus multa-
tum sub furca ad supplicium egisset, Latinio homini ex plebe
Iupiter in quiete precepit ut consulibus diceret sibi presultorem
ludis circensibus proximis non placuisse, que res nisi attenta
ludorum instauratione expiata esset, secuturum non mediocre
urbis periculum. Ille veritus ne cum aliquo incommodo suo re-
ligione summum implicaret imperium, silentium egit, eiusque
filium subita vi morbi correptum interemit. Ipse etiam per
quietem ab eodem deo interrogatus an satis penam magnam
neglecti imperii sui pependisset, in proposito perseverans de-
bilitate corporis solutus est. Ac tum demum ex consilio amicorum
lectica ad tribunal consulum et inde ad senatum perlatus ordine
totius casus sui exposito, magna cum omnium admiratione recupera-
ta membrorum firmitate pedibus domum rediit. Ac ne illud

Tullius

quidem involvendum silentio. Cum M. Cicero cum in villa quadam campi Atinatis deversaretur,
ab eo in somnium profuso per loca deserta ac invias regiones
vaganti sibi C. Marium consulatus ornatu insignibus putat
obvium factum interrogantem eum quid tam tristi vultu iecto

timere fertur. Audito deinde casu quo conflictabatur Cicero
dixisse dextram suam ac se proximo lictori in monumentum
ipsius deducendum tradidisse, quod diceret ibi esse laurem statue sue
repositam. Nec abscessit eventus. Nam in ede Jovis Mariana
senatus consultum de reditu eius factum est.

Quo autem gratior immensitatisque atrocitas palam atque a-
perte per quietem denuntiata est. Somno enim pressus
C. Gracchi fratris effigiem vidit dicentis sibi nulla ratione
eum vitare posse ne eo fato periret quo ipse occidisset.
Id ex Graccho priusquam tribunatum in quo fratris exitum habuit
iniret multi audierunt. Celius etiam certus Romane historie
auctor sermonem de ea re ad suas aures illo adhuc vivo
pervenisse scribit. Vincit huiusce [illegible] somnii dirum aspectum
quod insequitur. Apud Actium M. Antonii fractis
opibus Cassius Parmensis qui partes eius secutus fuerat Athenas
confugit. Ubi concubia nocte cum sollicitudinibus et curis
mente sopita in lectulo iaceret existimavit ad se venire hominem
ingentis magnitudinis coloris nigri squalidum barba et ca-
pillo demisso, interrogatumque quis nam esset respondisse ca-
codemona. Perterritus deinde tetro visu et nomine horrendo
servos inclamavit sciscitatusque est si quem talis habitus aut in-
trantem cubiculum aut exeuntem vidisset. Quibus affirmantibus
neminem illuc accessisse, iterum se quieti et somno dedit.
Atque eadem animo eius species obversata est. Itaque fugato somno
lumen intro ferri iussit, puerosque a se discedere vetuit. Inter
hanc noctem et supplicium capitis quo eum Cesar affecit
paululum admodum temporis intercessit.

Propioribus tamen ut ita dicam lineis Atterii Rufi equitis
Romani somnium certo eventu admonitum est, qui ad gladia-

Gaius gracus

Cassius parmensis

Atherius Ruffus

munus strangulatis ederetur. Inter quietem retiarii se manu con-
fodi vidit idque postero die in spectaculo consessoribus nar-
ravit. Incidit deinde ut proximo ab eo loco retiarius
cum murmillone introduceretur cuius cum faciem vidisset
idem dixit ab illo retiario se trucidatum putasse et protinusque
inde discedere voluit. Illi sermone suo metu eius discusso
causam exitii misero attulerunt. Retiarius enim in eum locum
compulso murmillone et abiecto dum iacentem ferire
conaretur traiectum gladio Aterium interemit.

Hanibal

Hanibalisque ut detestandum Romano sanguini ita pre-
dictionis somnium cuius non vigilie tantum sed etiam quies
hostilis imperio nostro fuit. Hausit enim proposito et votis suis
congruentem ymaginem existimavitque missum sibi a Iove
mortali specie excelsiorem iuvenem invadende Ytalie du-
cem. Cuius monitu primo vestigio nullam in partem se
tulit oculis. Mox humani ingenii prona voluntate vetita
scrutandi pone respiciens animadvertit immense magnitudinis
serpentem concitato impetu omne quicquid obvium fuerat
proterentem. Postque eam magno cum celi fragore erumpentes
nimbos lucemque caliginosis involutam tenebris. Attonitus
deinde quidnam esset monstri et quid portenderet in-
terrogavit. Hic dux: Ytalie vastitatem inquit vides proin-
de sile et cetera tacitis permitte fatis.

Allexander 10

Magni bene Macedone rex Allexander per quietem
visa ymagine premonitus erat ut vite sue custos esset di-
ligentior si eum tam cavendi esse felici consilio fortuna instrue-
re voluisset. Nam quoque Cassandri pestiferam sibi dexteram som-
nio prius cognovit quam exitu sensit. Existimat enim ab eo
se interfici cum eum numquam vidisset. Interposito deinde tempore

Postquam in conspectum venit, noctem in metus potestatem imagine
ut Antipatri filium esse cognovit, adiecto usu greco, qui fidem somni
mox elevat, preparati iam adversus caput suum veneficii quo
occidisse Cassandri manu creditur, suspicionem ei retulit. Et *Simonides*
Longe indulgentius dii in poeta Simonide egerunt, cuius
salutarem inter quietem admonitionem consilii firmitate
roboraverunt. Is enim cum ad litus navem appulisset inhuma-
tumque corpus iacens sepulture mandasset, admonitus ab eo ne
proximo die navigaret, in terra remansit. Qui inde solverant
fluctibus et procellis in conspectu eius obruti sunt. Ipse letatus
est quod vitam suam somnio quam navi credere maluisset. Memor
autem beneficii elegantissimo carmine eternitati consecravit. Me-
lius illi et diuturnius in animis hominum sepulcrum constituens quam in de-
sertis et ignotis arenis struxerat.
Efficax et illa quietis imago que Cresi regis animum maximo *Cresus*
prius metu, deinde etiam dolore confecit. Nam e duobus
filiis et ingenii agilitate et corporis dotibus prestantiorem
imperiique successioni destinatum Athin existimavit ferro
sibi ereptum. Itaque quicquid ad evitandam denuntiate clade
acerbitatem pertinebat, nulla ex parte patria cura cessavit avertere.
Solitus erat iuvenis ad bella gerenda mitti: domi retentus
est. Habebat armamentarium omnis generis telorum copia
refertum: id amoveri iussit. Gladio cinctis comitibus utebatur:
vetiti sunt propius accedere. Necessitas tamen aditum luctui dedit.
Cum enim ingentis magnitudinis aper Olimpi montis culta
crebra cum agrestium strage vastaret, inusitatoque malo regium
imploratum esset auxilium, filius a patre extorsit ut ad eum
opprimendum mitteretur, eo quidem facilius quod non dentis
sed ferri sevitia in metu reponebatur. Verum dum acri stu-
dio interficiendi suem omnes sunt intenti, pertinax casus imminentis

Cresus ... [illegible]

Cresus ... [illegible]

Ptolemaei lanceam petende fere gratia missam in eum distorsit. Et
quidem eam potissimum dextram nephariae cedis ministram
voluit aspergi, cuius tutela filii a patre mandata erat, quamquam etiam
impudenter homicidii sanguine violatam hospitales vel iam
deos supplicii sacrificio expiaverat. 13

Astrages

Cirrus quidem superior multe fatorum necessitatis pulcherrimum
argumentum est. Cuius ortum ad imperium totius Asie aspirantem
maternus avus Astrages duobus premiaos somniis frustra discu-
tere temptavit. Mandanen filiam suam, quam in quiete vide-
rat urina eius omnes asiaticas gentes inundare, non Medorum
excellentissimo, ne in eius familiam regni decus transferretur, sed
Persarum modice fortune viro collocando, natumque Cirum
exponi iubendo, quia similiter quietis temporibus existimaverat
genitali parte Mandanes natam vitem eousque crevisse donec
cunctas dicionis sue partes inumbraret. Frustratus est enim
sese nepotis felicitatem celestium iudicio destinatam humanis
consiliis impedire conando etc. 15

Himera

Privatum atque habitum Dionisio Siracusano ad hunc se
continente Hymera quedam non obscuri generis femina inter
quietem opinione sua celum conscendit atque ibidem deorum omnium
lustratis sedibus animadvertit prevalentem virum flavi coloris
lentiginosi oris, ferreis cathenis vinctum, Iovis solio pedibus-
que subiectum, interrogatoque iuvene quo considerandi celi duce
fuerat usa, quisnam esset, audivit illum Sicilie atque Italie dirum
esse fatum, solutumque vinculis multis urbibus exitio futurum. Quod
somnium postero die sermone vulgavit. Postquam deinde Dioni-
sium inimica Syracusarum libertati capitibusque insontium infesta
fortuna celesti custodia liberatum velud fulmen aliquod ocio
ac tranquillitati iniecit, Hymera eum inter effusam
ad officium et spectaculum eius turbam intrantem ut aspexit

De dionisii [illegible] et premisione

Huic esse quem in quiete viderat vociferata est. Id tyrannus curam
tollende mulieris dedit. Mater dionisii
t Matris somnium etiam eiusdem dionisii que ad eum concep-
17 tum utero haberet parere visa est satiriscum consultoque
13 prodigiorum interprete clarissimum et potentissimum grai sanguinis
futurum certo cum eventu cognovit.
a Carthaginiensium hamilcar cum obsideret siracusas Amilcar
16 inter somnum exaudisse se vocem credidit nunciantem
futurum ut proxima die in ea urbe cenaret. letus ergo per-
inde ac divinitus promissa victoria exercitum pugne compa-
rabat in quo inter siculos et penos orta dissensione castra
eius a siracusanis subita irruptione oppressis ipsum intra me-
nia sua vinctum pertraxerunt. itaque magis spe quam somnio
deceptus cenavit siracusis captivus non ut animo presumpserat
victor.
a Alcibiades quoque miserabilem exitum suum haud fallaci nocturna Alcibiades
11 imagine speculatus est. quo enim pallio amice sue dor-
miens opertum se viderat eodem interfectus insepultus iacens
19 contectus est. Proximum somnium etsi paulo est longius
18 propter nimiam tamen evidentiam ne omittatur impetrat.
Duo familiares archades iter una facientes megaram Archades
venerunt quorum alter se ad hospitem contulit alter in ta-
bernam meritoriam divertit. Is qui in hospicio erat vidit
in somniis comitem suum orantem ut sibi cauponis in-
sidiis circumvento subveniret. posse enim celeri eius accursu
se imminenti periculo subtrahi. quo viso excitatus prosiliit ta-
bernamque in qua is diversabatur petere conatus est. pestifero
deinde fato eius humanissimum propositum tamquam supervacuum
dampnavit et lectum ac somnum repeciit. tunc idem ei saucius
oblatus obsecravit ut qui vite sue fere auxilium neglexisset

ueniam saltem orationem non negaret / corpus enim suum a caupone trucidatum cum maxime plaustro ferri ad portam stercore coopertum / tam constantibus familiaris precibus compulsus protinus ad portam cucurrit et plaustrum quod in quiete demonstratum erat comprehendit / cauponemque ad capitale supplicium perduxit.

Multa etiam interdiu et vigilantibus acciderunt / perinde ac tenebris somni nube involuta / que quia unde manaverint aut qua ratione constiterint dignoscere arduum est / merito miracula vocentur / quorum e magno acervo primum illud occurrit. Cum apud lacum Regillum paulus postumius dictator et Tusculanorum dux Emilius Octavius magnis viribus inter se concurrerent ac neutra acies aliquamdiu pedem referret / Castor et Pollux Romanarum partium propugnatores visi hostiles copias penitus fuderunt. Item bello Macedonico Paulus Vatinius Reatine prefecture vir noctu urbem petens existimavit duos iuvenes excellentis forme albis equis residentes obvios sibi factos nuntiare diem qui preterierat Persen regem a Paulo captum / quod cum senatui indicasset tamquam maiestatis eius et amplitudinis vano sermone contemptor in carcerem coniectus / postquam Pauli litteris illo die Persen captum apparuit et custodia liberatus et insuper agro et ~~natione~~ vacatione donatus est. Castorem vero et Pollucem etiam illo tempore pro imperio populi Romani excubuisse cognitum est / quo apud ~~quo apud~~ lacum Iuturne suum equorumque sudorem abluisse visi sunt / iunctaque fonti edes eorum nullius hominum manu reserata patuit. Sed ut ceterorumque deorum propensum huic urbi numen exsequamur / triennio continuo vexata pestilentia civitas cum finem tanti et tam diuturni mali neque divina misericordia neque auxilio

Castor / Pollux

Esculapius

[illegible]

ciuitatis impotem uideret, cura sacerdotibus inspectis Sibillinis libris animaduertit non aliter pristinam recuperari salubritatem posse quam si ab Epidauro Esculapius esset accersitus. Itaque eo legatis missis unicam fatalis remedii opem auctoritate sua que iam in terris erat amplissima impetraturam se credidit. neque eam opinio decepit. Pari namque studio petitum ac promissum est presidium. E uestigioque Epidaurii Romanorum legatos in templum Esculapii quod ab eorum urbe distat v milibus passuum perductos ut quicquid inde salubre patrie laturos se extimassent pro iure suo sumerent benignissime inuitauerunt. Quorum tam promptam indulgentiam numen ipsum secutum uerba mortalium celesti obsequio comprobauit. Siquidem is anguis quem Epidaurii raro sed numquam sine magno ipsorum bono uisum in modum Esculapii uenerati fuerant per urbis celeberrimas partes oculis mitibus et leni tractu labi cepit. Triduoque inter religiosam omnium admirationem conspectus haud dubiam pre se appetite clarioris sedis alacritatem ferens ad triremem Romanam perrexit. pauentibusque inusitato spectaculo nautis eo conscendit ubi Quinti Ogulnii legati thabernaculum erat. inque multiplicem orbem per summam quietem est conuolutus. Tum legati perinde atque exoptate rei compotes expleta gratiarum actione cultuque anguis a peritis accepto leti inde soluerunt. Ac prosperam emensi nauigationem postquam Antium appulerunt anguis qui ubique in nauigio remanserat prolapsus in uestibulo edis Esculapii mirto frequentibus ramis diffuse superimminentem excelse magnitudinis palmam circumdedit. perque tres dies positis quibus uesci solebat non sine magno metu legatorum ne inde in triremem reuerti nollet. Antiatis templi officio usque urbi se nostre aduehendum restituit. atque in

De hoc capitulo [illegible] Epidauri [illegible] Esculapius [illegible]
[illegible]

Lippam tiberis egressis legatis in insulam ubi templum dicatum est tranatavit adventuque suo tempestatem cui remedio quesitus erat dispulit.

Et iam voluntarius Iunonis urbem nostram transitus (Iuno moneta) captis a Furio Camillo Veiis milites iussu imperatoris simulacrum Iunonis monete quod ibi religione precipua colebatur in urbem translaturi sede sua movere conabantur. Quorum ab uno per iocum interrogata dea an Romam migrare vellet, velle se respondit. Hac voce audita lusus in admirationem versus est, iamque non simulacrum sed ipsam celo Iunonem petitam portare se credentes leti in ea parte montis Aventini in qua nunc eius templum cernimus collocaverunt.

(Fortuna muliebris) Fortune etiam muliebris simulacrum quod Latina via est ad quartum miliarium eo tempore cum ede sua consecratum quo Coriolanum ab excidio urbis materne preces repulerunt non semel sed bis locutum constituit prius his verbis: rite me matrone vidistis riteque dedicastis.

(Silvanus) Valerio autem publicola consule qui post exactos reges bellum cum Veientibus et Etruscis gessit, illis Tarquinios in pristinum imperium restituere, Romanis nuper partam libertatem retinere cupientibus, Etrusci et Tarquinii in cornu dextro prelio superioribus tantus terror subito incessit ut non solum victores ipsi profugerent (sed etiam pavorem sui consortes secum vehentes traherent). Cuius rei pro argumento miraculum dicitur: ingens repente vox ex proxima silva Arsia que ore Silvani in hunc pene modum emissa traditur: uno plus Etrusci cadent, Romanus exercitus victor abibit. Mirandam dicti fidem digesta numerus cadaverum exhibuerunt.

(Mars pro ...) Quid Marte auxilio quo victoriam honore adiuvit, nonne memoria celebranda est? cum Bruttii ac Lucani odio incitatissimo maximisque viribus Thurine urbis peterent excidium

Sed etiam pavorem sui consortes secum vehentes traherent

ac propitio studio incolumitatem eius C. fabricius luscinus consul
protegeret, resque ancipiti eventu collatis unius in locum utriusque
partis copiis gereretur, non audentibus Romanis pugnam ingredi
eximie magnitudinis iuvenis primum eos hortari ad capesce[n]dam
fortitudinem cepit, deinde ubi tardiores animadvertit, ar-
repta scalis per mediam hostium aciem ad contraria castra e-
vasit et ad montem vallum conscendit. inde voce ingenti
clamitans factum victorie gradum et nostros ad aliena castra ca-
pienda et lucanos bruciosque ad sua defendenda illexit.
ubi conserti dubio certamine certabant, sed idem impulsu ar-
morum suorum prostratos hostes trucidandos capiendosque
Romanis tradidit. viginti enim milia cesa sunt, quinque milia
cum stacio statilio duce utriusque gentis et tribus atque viginti mi-
litaribus signis capta sunt. postero die cum consul inter hono-
randos quorum strenua opera fuerat usus vallarem coronam
ei se servare dixisset a quo oppressa castra erant, nec invenie-
retur qui id premium peteret, cognitum pariter ac creditum est
martem patrem tunc populo suo affuisse. inter cetera huiusmodi
rei manifesta indicia galea quoque duabus distincta pinnis, qua
celeste protectum caput tectum fuerat, argumentum prebuit. itaque
fabricii edicto supplicatio marti est habita, et a laureatis mi-
litibus magna ad gaudiorum leticia oblati auxilii testimonium.

9 Referam nunc quod suo seculo cognitum est ei traditum. et
manavit ad posteros: penetrales deos Eneam troya ad-
vectos lavinii collocasse, inde ab ascanio filio eius albam,
quam ipse condiderat, translatos pristinum sacrarium repetisse,
et quia id humana manu factum existimari poterat, rela-
tos albam voluntatem suam altero transitu significasse. Dii trasla[ti] ab Ascanio

Nec me preterit de voce et motu deorum immortalium quia
mis oculis auribusque perceptorum in ancipiti opinione estima-
cio versetur / sed quia non nova dicuntur immo tradita repetuntur
fidem auctores vendicent / et. Divum sit militie litterarum monimentis
consecrata perinde ac vana non refugisse / Itaque in agone urb-
e qua primordia civitatis vita trahit. Divus Julius fausta
proles eius se nobis offert / quem C. Cassius numquam sine
prefacione publici parricidii nominavit / Cum in acie philip-
pensi ardentissimo animo pstaret vidit humano habitu augusti-
orem purpureo paludamento amictum / truci vultu et con-
citato equo in se impetum facientem quo aspectu perter-
ritus tergum hosti dedit voce illa prius emissa / quid enim amplius
agam / si occidisse parum est / non occidetis tu quidem cassi
cesarem / neque extingui enim ulla divinitas potest sed mortali adhuc
corpore utentem violando meruisti / ut ad infestum haberes deum.
Jamque Lucius Lentulus litus pretenavigans in quo Gnei Po-
pei magni perfidia Ptolomei regis interempti corpus con-
cise scaphe lignis comburebatur / ignarus casus eius, cum ipsi
fortune erubescendum rogum vidisset, commilitonibus dixit
quid scimus an hac flamma Gneus Pompeius cremetur
divinitusque misse vocis miraculum est / atque hec vox est quidem
hominis sed casus.

Illud tamen ore Apollinis editum est / quo Appium interitum
veridica sibi vaticinatoris fides pcavit / bello civili
quo se Gneus Pompeius a Cesaris concordia pestifero
sibi nec reipublice utili consilio abrupperat / eventum gravis-
simi motus explorare cupiens / viribus namque imper-

Julius cesar

Pompey combustio

Apollo phitius

athenis preerat Antistitem delphice cortine in intimam sacri specus partem descendere coegit unde ut certe consulentibus sortes petuntur ita nimius divini spiritus haustus petentibus pestifer existit. Igitur impulsu concepti numinis instincta virgo horrendo sono vocis Appio inter obscuras verborum ambages fata cecinit. Nichil enim inquit ad te hoc romane bellum euboye cellam optinebis. At is ratus consilio se appollinis moneri ne illi discrimini interesset in eam regionem secessit que inter ca multam nobilem Athaica soli partem caristumque calchidio freto vicinam interiacens celle euboie nomen optinet ubi ante pharsalicum certamen morbo consumptus predictum a deo locum sepulture possedit etc.

14 Possunt et illa miraculorum loco poni quod deusto salio sacrario nichil in eo preter lituum romuli integrum repertum est. Et quod servii tulii statua cum edes fortune flagrasset inviolata permansit. Et quod quinte claudie statua in vestibulo templi matris deum posita bis ea ede incendio consumpta prius nasica publio scipione et lucio bestia iterum marco servilio et lucio lamio consulibus in sua basi flammis intacta stetit.

15 Aliquid admirationis civitati nostre Attilii et amole rogus attulit qui et a medicis et a domesticis mortuus creditus cum aliquamdiu domi iacuisset elatus postquam et corpus eius ignis corripuit vivere se proclamavit antilium pedagogi sui nam solus is ibi remanserat invocavit sed iam flammis circumdatus fato subtrahi non potuit.

Attilius

16 Lucii quoque lamie pretorio viro eque vocem fuisse super rogum constitit que minus admirabilia plectis pamphili facta quem plato scribit inter eos qui in acie ceciderant x diebus

Papirius

Ac mira quedam tempore mortis visa narrasse

iacuisse. Bionoque postquam inde sublatus est impositum rogo revixisse etc. Et quoniam ad externa transgressi sumus quidam atheniensis vir eruditissimus cum ictum lapidis capite excepisset cetera omnia tenacissima memoria retinens litterarum tantummodo quibus precipue inservierat oblitus est. Dirum malignumque vulnus in animo percussi quasi de industria scrutante sensibus in eum potissimum locum quo maxime delectabatur exacerbitate nocendi fortuna eripuit singularem doctrina hominis plene invidie funere efferendo. Cui si talibus studiis perfrui phas non erat utilius aliquanto fuit aditum ad illa non impetrasse quam iam percepta eorum dulcedine caruisse. Miserabilior

Mulier obmutuit

Ansimenis enim altemensis uxor tamen sequitur casus narratio cum filii ac filie sue stupro intervenisset et inopinati monstri perculsa conspectu et in presens tempus ad indignandum et imposterum ad loquendum obmutuit. Illi nepharium concubitum voluntaria morte pensarunt se interficiendo vel dolore moriendo. Hoc modo fortuna seviens hunc vocem his vitam ademit illa propicia donavit

Echeles loquitur

Echeles samius athleta mutus cum ei victorie quam adeptus erat titulus et premium eriperetur indignatione ac

Gorgias post ad sepeliendum fertur quam nascitur

Gorgieque Epirote fortis et clari viri census vocalis evasit origo qui in funere matris sue utero elapsus inopinato vagitu suo lectum ferentes consistere coegit novumque spectaculum patrie prebuit non tamen ex ipso genitricis rogo lucem et cunas assecutus. Eodem enim momento temporis altera iam functa fato peperit alter ante elatus quam natus esset.

Jason

Iunie fortune vulnus ferro Iasoni [illegible] exitii eius auxilium intulit. nam ad inter insidias gladio eum percussisset

vomica que a nullo medico sanari poterat, ita rupit ut hominem pestifero malo liberaret.

Que diis inmortalibus accepta Simonides, cuius salus ab imminenti exitio maris defensa, officio ruineque subtracta est. Cenanti enim apud Scopham in Cranona, quod est oppidum Thessalie, nunciatum duos iuvenes ad ianuam venisse magnopere rogantes ut ad eos continuo prodiret. ad quos progressus neminem repperit. ibi ceterum eo momento temporis triclinium in quo Scophas cum suis epulabatur collapsum et ipsum et omnes oppressit. Quid hac felicitate locupletius, quam nec mare nec terra seviens extinguere valuit.

Simonides

Non invitus huic subiecto Daphitam, ne quis ignoret quanti fuit decantasse deorum laudes et nimie subtractasse. Hic ad eius studii cuius professores sophiste vocantur inepte ac mordacis opinationis Appollinem Delphis irridendi causa consuluit an equum invenire posset, cum omnino nullum habuisset. cuius ex oraculo redditum vox est inventurum equum, sed ut eo perturbatus periret. Inde ad iocabundus quasi delusa sacrarum sortium fide revertetetur, incidit in regem Attalum, sepenumero a se contumeliosis sermonibus dictis absentem lacessitum, eiusque iussu saxo, cui nomen erat equi, precipitatus ad eos usque cavillandos demens ... merita supplicia pependit.

Dalphanides

Eodem oraculo Macedonum rex Philippus admonitus ut a quadrige violencia salutem suam custodiret, toto regno disiungi currus iussit, eumque locum qui in Boecia Quadriga vocatur semper vitavit. Nec tamen denunciatum periculi genus effugit. Nam Pausanias in capulo gladii quo eum occidit quadrigam habuit celatam. Que tam pertinax necessitas in patre, filio Alexandro, quem Callanus Indus in sua sponte. Consiliis apperuit se ardentissimo rogo subiecturus interpellatus ab eo quid aut

Philippus

Valerius li. 8. c. 7. (?)

Allexander

mandaret aut dici vellet brevi te inquit videbo. nec id sine causa, quia voluntarium eius e vita excessum rapida mors Allexandri subsecuta est etc.

Cuius interitus magnitudine mirabili remigis casus equatur, quem in defecto litore triremis sentinam haurientem cum e navi fluctus abiecisset, altero latere repulsum contrarius fluctus in navem retulit. itaque miseri simul ac felicis deploracioni permixta fuit gratulacio. Quid illa none ludibria nature in corporibus humanis fuisse credenda sunt tollerabilia quidem quia sevicia caruerunt ceterum ipsa miraculis amanda.

Nam et Prusias regis Prusie filius eodem nomine quo pater pro superiore ordine dencium unum os equaliter extensum habuit nec ad speciem deforme neque ad usum ulla ex parte incommodum.

Mitridatis vero regis Ponti filia Drirpecia Laudice regina nata, dupplici ordine dencium deformis admodum comes fuge patris a Pompeio devicti fuit etc.

Et illius quidem pure admiracionis oculi, quem constat tam certa acie luminum usum esse ut a Lilibeo portu Carthaginensium egredientes classes intueretur. Oculis eius admirabilius cor Aristomenis Messenii, quod Athenienses ob eximiam calliditatem exectum pilis refertum invenerunt, cum eum aliquotiens captum et astucia elapsum cepissent etc.

Et poeta Antipater Sidonius omnibus annis uno tantum die quo genitus erat febri implicabatur, cumque ad etatem ultimam pervenisset, natali suo certo illo circuitu morbi consumptus est.

Hoc loco apte referuntur Pollistrates et Ypoclides philosophi eodem die nati, eiusdem preceptoris Epicuri sectam secuti, patrimonium etiam possidendi alendeque schole communione iuncti, eodemque momento temporis ultima senectute extincti sunt.

Tam enim equalem fortune pariter atque amicicie societatem quis non ipsius celestis concordie sinu genitam nutritam atque

Dexerit

Monstris

Prusias

Drirpecia

Siculus

Aristomenes

Antipater

Polixatus
Ipoclides

similitudinem putet. Quapropter hoc ferunt potissimum aut in liberis potentissimi regis, aut in rege clarissimo, aut in vate ingenii florentis, aut in viris eruditissimis, aut in homine sorte ignote. Nec ipsa omnis bone maleque materie fecunda artifex rerum natura reddiderit. Non magis ipse qui ita silvestres capras cervo gemitus tantopere dilexerit quas sagittis confixas ad salutare auxilium herbe dictamni non tamen suis manibus deducat. Efficiatque ut concepta carne neta continuo et tela et vim veneni in vulneribus respuant. Aut in Cephalonia insula cum omnia ubique pecora usu aque cottidie recreentur, in ea pecudes maiore ex parte anni ore apto ex alto ventos recipientes sitim suam sedare instituerit. Aut quapropter Cratone in templo Iunonis Lacinie aram ad omnes ventos immobili cinere donaverit potissimum, vel quare alteram in Macedonia, alteram in Caleno agro aquam proprietatem vini qua homines inebrientur possidere voluit.

In admiratione istarum memoria prosequi debemus, cum sciamus vere ab ea plurimum licencie vendicari, penes quam infinita tanta gignendi labor consistit. Verum quia supra usitatam rationem excedencia alterum ignium. Serpente quoque a Tito Livio curiose pariter atque facunde relata fiat mencio. Ais enim auctor afflicta apud Bagradam flumen tante magnitudinis anguem fuisse, ut Attilii Reguli exercitum aquis usu prohiberet, multisque militibus ingenti ore correptis, compluribus caude voluminibus elisis, cum telorum iactu perforari nequiret. Non ultimum balistarum tormentis undique petita silicum crebris et ponderosis verberibus procubuisse, omnibusque cohortibus et legionibus ipsa Carthagine visam terribiliorem atque cruore suo gurgitibus imbutis corporibusque iacentibus

Capre

Pecora

Cinis

Aqua inebrians

Serpens

pestifero afflatu vicina regione polluta Romana inde sb
mouisse castra dicat beluetiis corium centum et viginti pedum
longum in urbem missum &c

8 Dives et prepotens nec regno
saciatus inviciam filii tui
Nostre urbis que ceteras gentes et priscas ac me
moralibus institutis opus enim est cognoscere huiusmodi
vite quam sub optimo principe felicem agimus que nam
fuerint elementa ut eorum quoque respectu aliquid presentibus mo
ribus prosit &c

1 [A]pud antiquos non solum publice sed etiam privatim nichil
gerebatur nisi auspicio prius sumpto. quo et more nup-
tiis etiam nunc auspices interponuntur. qui quamvis auspicia
petere desierint, ipso tamen nomine veteris consuetudinis vestigia
2 [F]emine cum viris cubantibus sedentes ceni- usurpant
tabant. que consuetudo ex hominum convictu ad divina penet-
ravit. nam iovis epulo ipse in lectulum iuno et minerva in
sellas ad cenam invitabantur. quod genus severitatis etas
nostra diligentius in capitolio quam in suis domibus servat videlicet quia
magis ad rem pertinet dearum quam mulierum disciplinam contineri.
3 [Q]ue uno contente matrimonio fuerant corona pudici-
cie honorabantur. existimabant enim eum precipue matrone
sincera fide incorruptum esse animum qui post deposite virgi-
nitatis cubile in publicum egredi nesciret. multorum matrimoni-
orum experientiam quasi legitime cuiusdam intemperancie signum
4 [R]epudium inter uxorem et virum a condita esse credentes
urbe usque ad centesimum et quinquagesimum annum nullum
intercessit. primus autem spurius carbilius uxorem sterilitatis
causa dimisit. qui quamquam tollerabili ratione motus videbatur
reprehensione tamen non caruit. quia nec cupiditatem quidem
liberorum coniugali fidei preponi debuisse arbitrabantur. Sed quo
matronale decus verecundie munimento tutius esset in ius vo-
canti matronam corpus eius attingere non permiserunt ut
inviolata manus aliene tactu stole relinqueretur.
[V]ini usus olim romanis feminis ignotus fuit ne scilicet in aliquod
dedecus prolaberentur. quia proximus a libero patre intemperantie
gradus ad inconcessam venerem esse consuevit. Ceterum
ut non tristis earum et horrida pudicicia sed et honesto

comitas que temperata esset indulgentia namque matres
et auro habundanti et multa purpura use sunt ut quo
formam suam comptiorem efficerent summa ad diligenciam
capillos cinere rutillarunt Nulli enim tunc subsessores alienorum
matrimoniorum oculi metuebantur sed pariter et videre sancte et
aspici mutuo pudore custodiebantur Quociens vero inter 6
virum et uxorem aliquid iurgii intercesserat in sacellum dee
viriplace quod est in pallacio veniebant et ibi invicem locuti
que voluerant contencione animorum deposita concordes reu-
tebantur Dea nomen hoc a placandis viris fertur assecuta
veneranda quidem et nescio an precipuis et exquisitis sacrificiis
colenda utpote quottidiane et domestice pacis custos que
pari iugo caritatis ipsa sui appellacione virorum maiestati de-
bitum Huiusmodi inter coniuges feminis tribuens honorem 7
verecundia quid inter ceteras necessitudines nonne apparet
consentanea nam ut minimo indicio maximam eius
significacionem aliquamdiu nec pater cum filio pubere nec socer cum
genero lavabantur manifestum igitur est tantum religioni sanguinis et
affinitatis quantum ipsis diis inmortalibus fore tributum quia inter
ista tam sacrata vincula non magis quam in aliquo loco sacro
nudare se nephas esse credebatur
Convivium etiam solempne maiores instituerunt idque ca- 8
ristiam appellaverunt cui preter cognatos et affines nemo
interponebatur ut si qua inter necessarias personas querela esset orta
apud sacra mense et inter hilaritatem animorum et fautoribus concordie
Senectuti iuventa ita cumulatum et adhibitis tolleretur 9
et circumspectum honorem reddebat tamquam maiores natu

concinniorem

i. equales

adolescentum comites patres erant. Iuvenes vero senatus die utique aliquem ex patribus conscriptis aut propinquum aut paternum amicum ad curiam deducebant, affixique valvis expectabant donec reducendi etiam officio fungerentur. Qua quidem voluntaria statione et corpora et animos ad publica officia impigre sustinenda roborabant, brevique processuri in lucem virtutum suarum verecunda laboris meditatione ipsi doctores erant.

Invitati ad cenam diligenter querebant quinam ei convivio essent interfuturi, ne senioris adventum discubitu precurrerent, sublataque mensa priores consurgere et abire patiebantur. Ex quibus apparet cene etiam tempore quam parco et quam modesto sermone his presentibus soliti sint uti.

10 Maiores natu in conviviis ad tibias egregia superiorum opera carmine comprehensa pangebant, quo ad ea imitanda iuventutem alacriorem redderent. Quid hoc splendidius, quid etiam utilius certamine? Pubertas canis suum decus reddebat, defuncta virorum etas cursu ingredientes actuosam vitam favoris nutrimento prosequebatur. Quas Athenas, quam scolam, que alienigena studia huic domestice discipline pretulerim? Inde oriebantur Camilli, Scipiones, Fabricii, Marcelli, Fabii. Ac ne singula imperii nostri lumina simul percurrendo sim longior, inde inquam celi clarissima pars divi fulserunt Cesares.

Iuvenes sunt homines pueri, senes aut sunt antiqui, iuvenes in moribus

11 Adeo autem magna caritate patrie tenebantur ut archana consilia patrum conscriptorum multis seculis nemo senator enunciaverit. Quintus Fabius Maximus tantum et is ipse per

imprudentiam de tercio bello punico indicendo quod sec-
reto in curia erat actum publio crasso rus petens domum
revertenti in itinere narravit. Memor enim triennio ante que-
storem factum ignarusque nondum a censoribus in ordinem senato-
rum allectum quo uno modo eciam his qui iam honores gess-
erant aditus in curia dabatur. Sed quamvis honesto errore labi esset
vehementer tamen a consulibus obiurgatus est. Violari enim ta-
citurnitatem optimum ac tutissimum ad ministrandarum rerum
vinculum labefactari volebant.
Ideo cum asie rex Eumenes amantissimus nostre urbis bel- 12
lum a perse adversus populum romanum comparari senatui nunciasset
Non ante sciri potuit quid aut ille locutus esset aut patres re-
spondissent quam captum persen cognitum est. Fida erat et alta
rei publice pectora curia silencii que salubritate munita et vallata
undique. cuius limen intrantes abiecta privata caritate
publicam induebant. Itaque non vero dicam unum sed neminem
audisse credes quod tam multorum auribus fuerat commissum
Magistratus vero prisci quanto tempore suam populique romani ma- 13
iestatem retinentes se gesserint hinc cognosci potest quod inter
cetera obtinende gravitatis indicia illud quoque magna cum perse-
verancia custodiebant ne grecis umquam nisi latine responsa darent
quin eciam ipsa lingwe volubilitate qua plurimum valent excussa
per interpretem loqui cogebant non in urbe tantum nostra sed in grecia
et assia quo scilicet latine vocis honos per omnes gentes vene-
rabilior diffunderetur. Nec illis deerant studia doctrine sed
sed nulla omnino in re pallium toge subici debere arbitrabantur
indignum esse existimantes illecebris et suavitati litterarum imperii
pondus et auctoritatem donari.

Officiales et regentes. Debent pre aliis hominibus [illegible] statum [illegible]

Nullus liber erit apta manus ferrugine [illegible]
Non [illegible] querunt corda parate libre
[illegible] est [illegible] libros [illegible]
[illegible] libros [illegible]

pol. d phe. [illegible]

22 47

Propter te non es dampnandus rustici rigoris crimine Gay
mari quia gemina lauro coronatam senectutem tuam numi
dicis et germanicis illustrem tropheis victor devicte gen-
tis facundia politiorem fieri voluisti credo ne aliena inge-
nii exercitacione patrii ritus servus et transfuga existeres
Quis ergo huic consuetudini qua nunc grecis actionibus
aures curie exsurdantur ianuam patefecit ut opinor mo-
lo rethor qui studia M. ciceronis acuit eum namque ante omnes
exterarum gentium in senatu sine interprete auditum constat
quem honorem non immerito cepit qui summam vim ro-
mane eloquencie adiuverat conspicue felicitatis arpinas
municipium sive litterarum gloriosissimum contemptorem sive habundantem
Magna autem diligencia maiores fontem intueri velis
hunc morem retinuerunt ne quis se inter consulem et pro-
ximum lictorem quamvis officii causa una progrederetur in-
poneret filio dumtaxat et ei puero ante patrem consulem am-
bulandi ius erat qui mos adeo pertinaciter retentus est ut
3 Q. fabius maximus quinquies consul vir et pridem summe au- prudentissime
ctoritatis et tunc ultime senectutis a filio consule invitatus
ut inter se et lictorem incederet ne hostium samnitum turba ob
tereretur quorum colloquium descendebat facere id noluerit
6 Idem a senatu legatus ad filium consulem suessam mis-
sus postquam animadvertit eum ad officium suum extra menia opidi
processisse indignatusque quod ex xi lictoribus nemo se ex
equo descendere iussisset plenus ire sedere perseveravit quod cum
filius sensisset proximo lictori ut sibi appareret imperavit
cuius voci continuo fabius obsecutus non ego inquit tibi

summum imperium tuum contempsi sed experiri nolui an scires con-
sulem agere. nec ignoro quid pretexte venerationis debeatur
rerum publica instituta privata pietate potiora iudico

Elatis Quinti Fabii offeratur se insignis constantie vir qui 7
legati a senatu tarentum ad res petendas missi cum gravissimas ibi iniurias accepissent unius etiam urina respersi essent, in theatrum ut est consuetudo grece introducti legationem quibus acceperant verbis peregerunt de his que passi erant questi non sunt ne quid ultra quam mandatum esset loquerentur: intimusque pectoribus eorum antiqui moris respectus dolor quamvis ex contumelia gravissimus sentiri convelli non potuit fine profecto fruendarum opum quas ad invidiam usque pleno cornu habundaveras Tarentina civitas quesisti. Nam dum elatum nitore in semet ipsam convexum stabilimentum victorie fortune presentis inflata fastidiose extimas invalidi imperii ...
mucronem ... et amens incurristi. 8

Eo ut a luxu et predictis moribus ad severissima maiorum instituta transgrediar. antea senatus assiduam stationem eo loco peragebat qui hodie senaculum appellatur nec expectabat ut edicto contraheretur sed inde citatus protinus in curiam veniebat ambigue laudis civem existimans qui debitum reipublice officium non sua sponte sed iussus fungeretur. quia quod imperio cogitur exigenti magis quam prestanti acceptum refertur.

Illud quoque memoria repetendum est quod tribunis plebis intrare curiam 9
non licebat. ante valvas autem positis subselliis decreta patrum attentissima cura examinabant ut si qua ex eis improbassent rata esse non sinerent. Itaque veteribus senatus consultis T littera subscribi solebat eaque nota significabatur illa tribunos quoque censuisse. qui quamvis pro commodis plebis excubabant imperiis consulum ...

occupati erant instrui tum ea argenteis vasis et anulis
aureis publice prebitis patiebantur quod illud decere nisi anctas
magistratuum esse ornatiorem. Severiore quemadmodum maiestatem
amplificabant ita abstinentia artissime constringebant.
Immolatarum enim hostiarum exta ad questores erarii delata
veniebant. Sacrificiisque eorum populi romani tum deorum inmor-
talium cultus tum etiam hominum continentia mercatur. Imperatoribus inius
quod sanctas manus habere debent aput ista altaria distentibus
continentieque tantum tribuebant ut in rationes alienum quod provin-
cias sincere administraverat a senatu persolutum sit. Nam
quorum opera publica auctoritatem splendorem suum pabul
obtinuisse viderant eorum dignitatem domi collabi
indignum sibique deforme esse arbitrabantur.
Equestris vero ordinis iuventus omnibus annis bis urbem
20 spectaculo sui sub magnis auctoribus celebrabat. Luper-
21 calium enim mos a Romulo et Remo inchoatus est tunc
leticia inchoantes exultantes quod his avus Numitor
rex Albanorum eo loco ubi educati erant urbem condere
permisisset sub monte Palatino hortatu Faustuli educatoris
sui quem Euander Arcas consecraverat facto enim sacri-
ficio cesisque capris epularum hilaritate ac vino largiore
provecti divisa pastorali turba cincti obvios pellibus
immolatarum hostiarum iocantes petiverunt. Cuius hilaritatis
22 memoria annuo circuitu feriarum repetitur. Trabeatos
vero equites idibus Iulii Quintus Fabius transvehi instituit.
23 Idem Fabius censor cum Postumio Decio seditionis finiende
gratia quia comitia humillimi cuiusque potestatem redacta erant
deant omnem forensem turbam in quattuor tantum tribus

describsit casasque urbanas appellat quo tam salubri situ in
alioquin in bellicis operibus istis excellens marius cogitatus est.

Laudanda etiam populi verecundia est qui impigre se
laboribus et periculis militiae offerendo dabat operam ne im-
peratoribus capite censos sacramento rogare esset necesse. Quorum
nimia inopia suspecta erat, ideoque his publica arma non
committebantur. Sed hanc diutina continuatione usurpatione
formatam consuetudinem Gaius Marius capite censum
legendo militem abrupit, civis alioquin magnificus, sed no-
vitatis suae conscius vetustati non sane propitius memorque si
militaris ignavia humilitatem sperneret perseveraret se a ma-
ligno virtutis interprete velut capite censum imperatorem
compellari posse. Itaque fastidiosum dilectus genus in exercitibus
romanis oblitterandum duxit ne talis notae contagio ad
ipsius quoque gloriae sugillationem penetraret.

Armorum tractandorum meditatio a Publio Rutilio consule
Gnei Mallii ente collega militibus est tradita. Is enim nullius
ante se imperatoris exemplum secutus ex ludo Gaio Aurelii Scauri
doctoribus gladiatorum arcessitis vitandi atque inferendi ictus
subtiliorem rationem pugnae legibus ingeneravit virtutemque arti
et rursus artem virtuti miscuit ut illa impetu huius
fortior, haec illius scientia cautior fieret. Velitum usus eo bello
primum repertus est quo Capuam Fulvius Flaccus imperator
obsedit. Nam ad equitatum Campanorum crebris excursa-
tionibus equites nostri quia numero pauciores erant resistere non
possent, Quintus Naevius centurio expeditos lectos ex omni exer-
citu corporis brevibus et in turmis septenos armatos
hastis pro tegmine munitos veloci saltu urgere fecerat

et rursus celeri motu dilabi instituit quo facilius equestri pro-
lio subiecti pedites viros pariter atque equos hostium telis
incesserent. Eaque novitas pugne virium campane fregit et de-
bilitavit auxilium. Ideoque auctori eius Nevio honos adhuc
habitus est. Proximus militaribus institutis ad urbana castra
theatra gradus faciendus est, quoniam hec sepe numero animosas acies
instruxerunt excogitataque cultus deorum et hominum delectationis
causa non sine aliquo pacis rubore voluptatem hominum
et religionem civili sanguine scenicorum portentorum gratia macula-
verunt. Que theatra inchoata quidem sunt a Messala et Cassio
censoribus. Ceterum auctore P. Scipione Nasica omnem appara-
tum operis eorum subiectum haste venire placuit. Atque etiam eodem
senatus consulto cautum est ne quis in urbe propiusve vel
per passus mille subsellia posuisset sedens vel ludos spec-
tare vellet ut scilicet remissioni animorum iuncta standi virilitas
propria Romane gentis nota esset. Per quingentos autem et quinquaginta
et octo annos senatus populo mixtus spectaculo ludorum interfuit.
Sed hunc morem Atilius Serranus et Lucius Scribonius ediles
ludos matri deum facientes posterioris Affricani sententiam
secuti discretis senatus et populi locis solverunt. Eaque res avertit
vulgi animum et favorem Scipionis magnopere quassavit.
Nunc causam instituendorum ludorum ab origine sua repe-
tam. G. Sulpicio Petico Gaio Licinio Stolone consulibus
intollerabili vi orta pestilentie civitatem nostram a
bellicis operibus revocatam domestici atque intestini mali
cura affligeret iamque plus in exquisito et novo cultu re-
ligionis quam in ullo humano consilio positum opis videbatur.
Itaque placandi celestis numinis gratia compositis carminibus

Placuerunt modos [illegible] in urbe [illegible] ad ludos

officialis templi

Consuetudo hominum est opera magna continuare. — vacuas aures prebuit ad id tempus circensi spectaculo con-
tenta quod primus Romulus raptis virginibus Sabinis consu-
Debilia principia melior fortuna sequitur. — alium nomine celebravit. Verum ut mos est hominum parvula initia
pertinaci studio prosequendi, venerabilibus erga deos obsequiis
iuventus rudi atque incomposito motu corporum iocabunda gestus
adiecit, eaque res ludium ex Etruria arcessendi causam dedit.
Cuius decora pernicitas (vel velocitas) vetusto ex more Curetum Lydorumque a
quibus Etrusci originem traxerunt novitate grata Romanorum
oculos permulsit. Et quia ludius apud eos hister appellabatur,
scenico nomen histrionis inditum est. Paulatim deinde
ludicra ars ad saturarum modos perrepsit, a quibus omnium primus
poeta Livius ad fabularum argumenta spectantium oculos
et animos transtulit. Isque sui operis auctor, cum sepius a populo re-
(i. impeditus) vocatus vocem obtudisset, adhibito pueri ac tibicinis con-
centu gesticulationem tacitus peregit.

Atellani autem ab Oscis acciti sunt. Quod genus delectationis
Italica severitate temperatum est, ideoque vacuum nota est. Nam
neque tribu movetur neque a militaribus stipendiis repellitur.

Et quia ceterorum ludorum ipsis appellationibus unde trahantur
apparet, non absurdum videtur Secularibus initium suum cuius generis
(est reddere) minus trita notitia. Cum ingenti pestilentia urbs agrique vasta-
rentur, Valesius vir locuples rustice vite duobus filiis et
filia ad desperationem usque medicorum laborantibus aquam calidam
his a foco petens, genibus nixus lares familiares
ut puerorum periculum in ipsius caput transferrent oravit. Orta deinde
vox est habiturum eos salvos si continuo flumine Tiberi devectos
Tarentum portasset, ibique ex Ditis patris et Proserpine ara petita
aqua calida recreasset. Eo predicto magnopere

confusus quam et longa et periculosa navigatione improbabat. Spe
tum dubia presentem metum vincente pueros ad ripam Tibe-
ris protinus detulit. Habitabat enim in villa sua prope vicum Sabine
regionis Eretum et lintre petens Hostiam nocte concubia
ad Martium campum appulit. Sitientibusque egris succurrere cu-
piens igne in navigio non permanente ex gubernatore
cognoscit haut procul apparere fumum et ab eo iussus egredi
Tarentum id nomen ei est cupide arrepto calice aquam
flumine haustam eo unde fumus erat attulit iam letior per-
tulit divinitusque dati remedii quasi vestigia quedam in propinquo
se nactus in quo solo magis fumante quam ullas ignis habere
reliquias/ dum tenacius omen apprehendit/ contractis levibus
et que fors attulerat nutrimentis tum pertinaci spiritu flammam
evocavit calefactamque aquam puerorum bibendam dedit/ qua
potata salutari quiete sopiti diutina vi morbi repente sunt
liberati/ patrique indicaverunt vidisse se in somnis a ne-
scio quo deorum spongia corporea sua pertergi/ et precipi ut
ad Ditis patris et Proserpine aram a quo potatio ipsis fue-
rat ablata furve hostie immolarentur· lectisterniaque et lu-
di nocturni fierent. Is quia eo loci nullam aram viderat desiderari
credens ut a se constitueretur aram empturus in urbem
perrexit/ relictis qui fundamentorum constituendorum gratia terram
ad solidum foderent. Hi domini imperium exequentes cum ad xx
pedum altitudinem humo egesta pervenissent animadverterunt
aram Diti patri Proserpineque inscriptam. Hoc postquam Valesius
nuntiante servo accepit/ obmisso emende are proposito ho-
stias nigras que antiquitus furve dicebantur Tarenti immo-
lavit ludosque et lectisternia continuis tribus noctibus quia tot
quidem filii periculo liberati erant fecit.

Diti maribus, feminis proserpine lectisternioque ac ludis trinoctio factis aram tetit

Valerius publicola qui primus consul fuit studio succurrendi civibus secutus apud eandem publice nuncupatis votis cesisque atris bobus subterraneam ut ante fuerat obruit. Ludorum crescentibus opibus secuta lautitia est. Eius instinctu Q. Catulus campanam imitatus luxuriam primus spectantium consessum velorum umbraculis texit. 30

Gneus pompeius ante omnes aque per semitas decursu estivum minuit fervorem. 31

Claudius pulcher scenam varietate colorum adumbravit vacuis ante pictura tabulis extentam quam totam argento Gaius Antonius, auro petreius, Q. Catulus ebore pretexuit.

Versatilem fecerunt luculli, argentatis choragiis P. lentulus spinter adornavit. Translatum antea puniceis indutum tunicis Marcus Scaurus exquisito genere vestis induxit.

Nam gladiatorium munus primum rome datum est in foro boario Appio claudio et Quinto fulvio consulibus. Dederunt Marcus et Decimus filii bruti funebri memoria patris cineres honorando. 32

Athletarum certamen a M. Scauri tractum munificentia est. Statuam auream nec in urbe nec in aliqua parte italie quisquam prius aspexit quam a Marcio glabrione equestri patri poneretur in sede pietatis. Eam autem edem P. Cornelio lentulo et M. bebio pamphilo consulibus ipse dedicaverat compos voti facti de rege anthioco apud Termopilas superato.

Ius civile per multa secula inter sacra cerimoniasque deorum immortalium abditum solisque pontificibus notum Gneus flavius libertino patre genitus et scriba cum ingenti nobilitatis indignatione factus edilis curulis vulgavit ac fastos pene toto foro exposuit. Qui cum ad visendum egrum collegam suum venisset nec a nobilibus qui frequentia cubiculum eius erat completum 33

respiceretur sellam curulem afferri iussit et in ea honore pariter
et contemptu sui vindicato consedit.
Inusitate questio et moribus et legibus romanis ignota
complurium matronarum patefacto scelere orta est que cum
viros suos clandestinis insidiis veneno perimerent ex unius
ancille iudicio protracte capitali iudicio dampnate clxx
Tibicinum quoque collegium solet in foro / munere expleuerunt
vulgi oculos in se convertere cum inter publicas actiones privatasque
feriasque personis tecto capite variaque veste velatis concentus
edidit / Inde atracta licentia quondam vetiti in ede Iovis quod
prisco more factitauerant vesci Tibur irati se contulerunt
Quorum ministerio senatus destituta sacra non equo animo ferens
per legatos a Tiburtinis petiit ut eos ex gratia sua romanis
templis restitueret / quos illi in proposito perseuerantes inter
posita feste epulationis simulatione mero somnoque sopi-
tos plaustris in urbem deuehendos curauerunt quibus et
honor pristinus restitutus et huiusce rei usus hic est datus
Personarum usus pudorem circumuente temulentie causam habet.
Fuit etiam illa simplicitas antiquorum in cibo capiendo
36 humanitatis simul et continentie certissima index / nam
maximis viris prandere et cenare in propatulo verecundie non
erat / nec sane ullas epulas habebant quas populi oculis
subicere erubescerent. Erant adeo continentie attenti ut fre-
quentior apud eos pultis usus quam panis esset ideoque in sacrificiis
mola que vocabatur ex sale constat et farre exta farre
sparguntur et pullis a quibus auspicia petuntur puls obicitur
primitiis et libamentis victus sui deos eo efficacius quo sim-
plicius placabant et ceteros quidem ad benefaciendum venerabantur
febrem autem ad minus nocendum templis colebant quorum adhuc
unum in palatio / alterum in area marianorum monumentorum

Tercium in summa parte uici longi extat in eaque remedia que corporibus
egrotorum annexa fuerant deferebantur. Hec ad humane mentis estum
leniendum cum aliqua usus racione sunt excogitata. Ceterum
salubritatem suam industrie certissimo ac fidelissimo mo
nimento tuebantur. boneque valitudinis eorum quasi quedam mater
frugalitas inimica luxuriosis epulis et aliena nimie uini ha
bundancie ac immoderato veneris usu aduersa.

Idem sensit proxima maiorum nostrorum grauitati sparta 37
na ciuitas que seuerissimis ligurgi legibus obtemperans aliquamdiu
ciuium suorum oculos a contemplanda asia retraxit ne ille
cebris eius capti ad delicatius uite genus prolaberentur. Audi
erat enim lauticiam inde et inmodicos sumptus et omnia non
necessarie voluptatis genera fluxisse primosque ionas vnguenti
coronarumque in conuiuio dandarum et secunde mense ponende
consuetudinem haut parua luxurie irritamenta repperisse ac
minime mirum est quod homines labore et paciencia gaudentes
tenacissimos patrie neruos externarum deliciarum contagione
solui et hebetari noluerunt. Cum aliquanto faciliorem a uirtute
ad luxuriam quam a luxuria ad uirtutem transitum uiderent.
Quod eos non frustra timuisse dux ipsorum pausanias
patefecit qui maximis operibus editis ut primum se asie mo
ribus permisit fortitudinem suam effeminato eius cultu
Lacedemoniorum consuetudines mollire non erubuit. Eiusdem ciuitatis exercitus non ante ad dimi 38
candum descendere solebat quam tibie concentu et anapesti pedis
modulo cohortacionis calorem animo traxisset vegetato et
crebro ictus sono strenue hostem inuadere admoniti.
Idem ad dissimulandum et occultandum uulnerum suorum cru
orem puniceis in prelio tunicis utebantur non ut ipsis
aspectus eorum terrorem sed ne hostibus fiduciam alicuius afferrent. 39
Atheniensium consuetudines Egregios uirtutis bellice spiritus lacedemoniorum prudentissime
pacis moribus athenienses subsequantur. Apud quos inercia e

e latebris suis langore marcens in fore producitur ac delictum
aliquod pertrahitur · sicque ut facinorose ita erubescende rea esse
iusdem urbis et sanctissimum consilium ariopagitum quid
quisque atteniensium ageret aut quonam questu sub=
stantaretur diligentissime inquirere solebant · ut homines ho=
nestatem uite racionem memores reddendam esse sequentur ·
Idem bonos cives corona decorandi primo consuetudinem
introduxit duobus olee coniectis ramulis clarum pictis cinge=
do capud probabile institutum fuit sine rem sive personam intueri
velis / nam et uirtutis uberrimum alimentum est honos / et pictes
dignus est a quo tales muneris dandi potestas potissimum incipit
ge quid illud institutum attenarum quod mediante[le] indicium
quod inuenit a patrono libertum ingratum iure libertate exuit[2] Sup=
sedeo te inquit esse ciuem tanti muneris impium extima=
torem · nec adduci possum ut credam urbi utilem quem
domi scelestum cernam · abi igitur et esto servus qui liber esse nescisti · Massilien[ses] consuetudines
Inde Massilienses quoque ad hoc tempus usurpant disciplinae
gravitatem cum prisci moris observantia in caritate populi
romani precipue conspicui / qui tres in eosdem manumissiones
rescindi permittunt / si ter ab eodem servo deceptum dominum cog=
novit quarto errori subveniendum non putant quia sua iam et
culpa iniuriam accepit qui se totiens inicat ·
Eadem civitas severitatis custos acerrima est nullum
aditum in scena mimis dando quorum argumenta maiore ex
parte stuprorum continet actus ne talia inuitandi consuetudo
et imitandi licentiam sumant
Omnibus autem qui per aliquam religionis simulationem
alimenta inercie querunt clausas portas habet et mendacem
et fucosam superstitionem submovendam esse existimans
Ceterum a condita urbe gladius est ibi quo noxiorum iugula=
tur · rubigine quidem exesus et uix sufficiens ministerio · sed est in=
dex in minimis quoque rebus omnia antique consuetudinis monimenta

esse fugienda. Due etiam an portas eorum arces iacent altera qua liberorum altera qua servorum corpora ad sepulture locum plaustro devehuntur sine lamentatione sine que planctu funeris dies in domestico sacrificio additoque necessariorum convivio finitur. Et enim quid attinet aut humano dolori indulgeri aut divino numini invidiam fieri quoniam immortalitatem suam nobiscum partiri noluerit.

Venenum cicuta temperatum in ea civitate publice custoditur quod datur ei qui causas senescenti id enim senatus eius nomen est exhibuit propter quas mors sit illi expetenda cum cognitione virili benivolentia est temperata que neque egredi vita temere patitur et sapienter excedere cupienti celerem fati viam prebet ut vel adversa vel prospera nimis usi fortuna. Utraque enim finiendi spiritus illa ne perseveret hec ne destituat rationem prebuerit comprobata exitu terminentur. Quam consuetudinem Massiliensium non in Gallia ortam sed ex grecia translatam inde existimo quod etiam in insula Cea illo tempore animadverti quo asiam cum sexto pompeio petens Iulide opidum intravi forte enim ita evenit ut summe benignitatis ibi femina sed ultime iam senectutis reddita ratione civibus cur excedere vita deberet veneno consumere se destinaret mortemque suam ex pompei presentia clariorem fieri magni extimaret. nec preces eius vir ille et omnibus virtutibus ita humanitatis quoque laudibus instructissimus aspernari sustinuit. Venit itaque ad eam cum fastidiosissimo sermone qui ore eius quasi e beato quodam eloquentie fonte emanabat ab incepto consilio diu nequiquam revocare conatus ad ultimum propositum illam exequi passus est que nonagesimum annum transgressa cum summa et animi corporis sinceritate in lectulo dignoscere erat quottidiana consuetudine cultius strato recubans et innixa cubito

tibi quidem inquit Sexte pompei dii magis quos relinquo
quam quos peto gratias referant quoniam nec hortator vite mee
nec mortis spectator esse fastidisti ceterum ipsa hylarem for-
tune vultum semper experta ne aviditate lucis tristem intueri
cogar reliquias spiritus mei in prospero fine duas filias et
septem nepotem gregem superstitem relictura permitto Cohorta-
ta deinde ad concordiam suos distributo eis patrimonio et
cultu suo sacrisque domesticis maiori filie tradita poculum in quo
venenum temperatum erat ad constanti dextra arripuit Tum
defusis mercurio delibamentis et invocato numine eius ut se
cum placido itinere in meliorem sedis inferne deduceret
partem cupido haustu mortiferam traxit potionem ac sermone
significans quasque subinde partes corporis sui rigor occuparet
cum iam visceribus eum et cordi imminere esset elocuta filiare
manus ad supremum opprimendorum oculorum officium advocavit Ro-
manos autem tamen et si ex novo spectaculo stupefacti erant suffu-
sos tamen ex lacrimis dimisit.

Eo ut ad massiliensium civitatem unde in hoc divertium
excelsi revertar intrare oppidum eorum nulli cum telo licet sed presto
est qui id custodie in gratia acceptum exituro reddat ut hospi-
tia sua quemadmodum advenientibus humana sint ita ipsis que tuta
x1 sint Horum menia egressus vetus ille mos gallorum occurrit
x2 quos memoria proditum est pecunias mutuas datas esse
quia que hiis apud inferos redderentur persuasum habue-
rant animas hominum esse immortales Dicerem stultos nisi idem
bracchati sensissent quod palliatus pittagoras credidit.
x3 Avara et feneratoria est gallorum philosophia alacris et fortis
est Cimbrorum et celtiberorum qui in acie gaudio exulta-
bant tamquam gloriose et feliciter vita excessuri lamentabantur
in morbo quasi turpiter et miserabiliter perituri Celtiberi etiam ne-
fas esse ducebant prelio superesse ad is occidisset pro cuius salute

spiritum devoverat. Laudanda utrorumque proposito ad constantiam
quod et patrie incolumitatem fortiter tueri et fidem amicitie
constanter prestandum arbitrabantur.

Thracie vero illa natio merito sibi laudem sapientie vin-
dicavit que natales hominum flebiliter exequias cum hila-
ritate celebrabant sine ullis doctorum preceptis verum con-
dicionis nostre habitum providit. Removeatur itaque naturalis
omnium animalium dulcedo vite que multa et facere et pati tur-
piter cogit si ea mortua cuius aliquanto felicior et beatior
finis reperietur. Quo arthia recte ligij tunc hys luctus in-
cidit muliebrem vestem induunt ut ex deformitate
cultus commoti maturius stultum proicere merorem velint.

Judorum consuetudo Verum quid ego fortissimos hoc in genere prudentie
viros laudem inspiciantur more femine que ad more
patris complures eidem nupte esse soleant mortuo marito
in certamen iudiciumque veniunt quenam ex hys maxime
dilexerit. Victrix gaudio exultans deductaque a necessa-
riis, letum pre se ferentibus vultum coniugi se flammis superiacit
et cum eo tamquam felicissima crematur. Superate cum me-
morie tristitie in vita remanent. Protrahe in medium
cimbricam audaciam. adice celtibericam fidem iunge.
Thracie potenciam et sapientiam. annecte liciorum in luctibus
abiciendis callide quesitam racionem. Indico tamen rogo
nichil eorum preferes quem uxoris pietas in modum
genitalis thori secuta mortem propinque conscendit. Cuius
glorie punicarum feminarum ut ex comparatione turpius appa-
reat dedecus subiectam. Sicce fanum veneris in quod
se matrone conferebant atque inde procedentes questu
dotis corporis iniuria contrahebant honesta nimirum
tam inhonesto vinculo coniugia iuncture.

Persarum consuetudo Iam Persarum ad modum probabile institutum fuit

[illegible]

29

quia liberos suos non prius aspiciebant quam septimum annum implessent quo puerorum amissionem equiore animo sustinerent.

Numide quidem reges vituperandi qui more gentis sue nulli mortalium osculum ferebant quicquid enim in excelso fastigio positum est humili trita consuetudine quo sit venerabilius vacuum esse convenit. *Numide reges*

Capitulum 2. De disciplina militari

Venio ad precipuum decus et ad stabilimentum romani imperii et salutari perseverantia ad hoc tempus sincerum et incolume servatum militaris discipline tenacissimum vinculum in cuius sinu ac tutela serenus tranquillusque beate pacis status acquiescat. *Disciplina militaris ... [illegible]*

1 Publius cornelius scipio cui deleta cartago avitum cognomen dedit consul in hyspaniam missus ut insolentissimos numantine urbis spiritus superiorum ducum culpa nutritos contunderet eodem momento temporis quo castra intravit edixit ut omnia que voluptatis causa comparata erant auferentur et submoverentur constat tunc maximum inde institorum et lixarum numerum cum duobus milibus scortorum abisse. Ex hac turpi et erubescenda sentina vacuefactus exercitus noster qui paulo ante metu mortis deformi se federis ictu maculaverat erecta et recreata virtute acrem illam et animosam numantiam incendiis exustam ruinisque prostratam solo equavit atque neglecte discipline militaris indicium mancini miserabilis deditio servate merces speciosissimus scipionis triumphus extitit.

2 Huius sectam scipionis metellus secutus cum ad exercitum in affrica iugurtino bello nimia spurii albini indulgentia corruptum consul accepisset omnibus imperii nervis ad revocandam pristine discipline militiam nisus est nec singulas partes apprehendit sed totam continuo in suum statum redegit protinus namque lixas e castris submovit cibumque coctum venalem proponi vetuit in agmine neminem militum ministerio servorum iumentorumque uti passus ut arma sua et alimenta ipsi ferrent ubi passus

Nota que de militari di. c. l. Nulla alia re videmus populum romanum orbem subegisse nisi armorum exercitio disciplina castrorum usuque milicie. Quid enim adversus gallorum multitudinem paucitas romana valuisset, quid adversus germanorum proceritatem brevitas potuisset audere, hyspanos quidem non tantum numero sed corporum viribus nostris non prestitisse manifestum est. Affrorum dolis atque divitiis semper impares fuimus. Grecorum artibus prudentia que vinci nemo dubitavit. Sed adversus omnia profuit tirones solerter eligere, ius ut ita dicam armorum docere, quottidiano exercitio roborare, queque [illegible] in acie atque preliis possent evenire [illegible] in campestri meditatione [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] bellorum [illegible] paucitas [illegible] [illegible]

[illegible]

Castrorum subinde loca mutauit eadem tamen tamquam iuxta se adesset uallo fossaque aptissime cingebat. Quid ergo restituta continentia quid repetita industria profecit. Crebras uictorias et multa trophea peperit ex eo hoste (iugurta) cuius terga sub ambitioso (Spurio) imperatore romano militi uidere non contingerat.

[illegible]

Prodesse etiam illi militari discipline affluenter qui ne necessitudinum quidem prerupte ... uiolatione uindictaque lesi cum ignominia domum suam erigere non dubitauerunt. Nam publius rutilius consul in eo bello quod in sicilia cum fugitiuis gessit quintum fabium generum suum quia ex negligentia tauromitanam arcem amiserat de prouincia iussit decedere.

Nam C. Cotta publium aurelium pecuniolam et sanguine sibi iunctum quem obsidioni liparitane ad auspicia repetenda messanam transiturus prefecerat uirgis cesum pro militie munere inter pedites fungi coegit quia eius culpa agger incensus et pene castra erant capta.

Quintus etiam flaccus censor fuluium fratrem cohortem legionis in qua tribunus militum erat iniussu consulis domum dimittere ausum a senatu remouit. Tam digna erant tam breuiter nisi maioribus urgerer (impellerer) exemplis non referrentur. Quid enim tam difficile fatu quam copulate societati generis et maximum deformem in penam redditam iudicare aut ex communione nominis ac familie ueteris propinquitatis ex serie cohibentia uirgas contumeliosa uel adhibere aut censorium supercilium aduerso fraternam caritatem distringere. Dentur hec singula quamuis claris ciuitatibus habunde tamen glorie discipline militaris instructe uidebuntur.

[illegible]

At nostra urbs que omni genere mirificorum exemplorum totum terrarum orbem repleuit imperatorum proprio sanguine manantes secures habet ne turbato militie ordine commendata deceret in castris publice speciosas priuati lugubres duplici uultu recepit incerta gratulandi prius an alloquendi officio fungeretur. 6

Igitur ego quoque hesitante animo vos bellice rei severissimi
custodes Postumi Tiburte et Manli Torquate sub memoria
cum hac relatione complector quia animadverto fore ut pon-
dere laudis quam meruistis obrutus magis ingenii mei imbe- depbam
cillitatem detegam quam vestram virtutem que par est represente
Tu namque Postumi dictator Auli Postumii quem ad gene-
tui penetraliumque sacrorum successionem propagandam genueras
cuius infantie blandimenta in sinu atque oculis foveras quem
puerum in litteris quem iuvenem in armis instruxeras
sanctum fortem amantem tui pariter ac patrie quia non tuo
iussu sed sua sponte presidio progressus hostes fuderat victo-
rem securi ferri iussisti Et ad hoc peragendum imperium pe-
nete ministerio sufficere valuisti nam oculos tuos certum esse
sub clarissima in luce tenebris offusos ingens animi opus
intueri nequisse

Tu item Manli Torquate in latino bello consul filium
quia provocatus a geminio meo duce tusculanorum ad dimi-
candum te ignaro discesserat gloriosam victoriam et spe-
ciosa spolia referentem arripi a lictore et in modum hostie
mactari iussisti sanctius etiam iudicans patrem forti filio quam pa-
triam militari disciplina carere

Ne quanto spiritu putamus usum lucium quintum cincinnatum di-
ctatorem in eo tempore quo devictis Equiculis et subiugum missis
lucium minutium consulatum deponere coegit quod castra eius idem
hostes obsederant Indignum enim maximo imperio credidit
quem non sua virtus sed fossa valluque tutum prestiterat
cuique verecundie non fuerat arma romana metu trepida
clausisque portis contineri Ergo imperiosissimi xii fasces pe-
nes quos senatus equestris ordinis et universe plebis
summum decus erat quorumque nutu latium ac tota italia vires
regebantur contusi atque fracti dictatorie se animadversioni sub-
straverunt ac ne multa foret lesa gloria militaris consul dede-
coris vindex punitus est Hic ut ita dicam o mars imperii

Declamacio

quid pater ubi aliqua ex parte a tuis auspiciis degeneratum
erat numen tuum prebebatur assiduis cognatorum et fratrum nostrorum
filiorumque strage ignominiosa consulum civitatione

Eiusdem ordinis exemplum quod sequitur Papirius dictator
cum adversus imperium eius Quintus Fabius Rutilianus magister
equitum exercitum in aciem eduxisset quamquam fusis Samnitibus
in castra redierat / tamen neque virtute eius neque successu nec
nobilitate motus virgas expediri eumque nudari iussit
O spectaculum admirabile et Rutilianus et magister equitum
et victor scissa veste spoliatoque corpore lictorum se verberibus
lacerandum prebuit ut in acie exceptorum vulnerum nodosis
ictibus cruore renovato victoriarum quas modo speciosissi-
mas erat adeptus titulos respergeret ex quibus deinde exactus
sui occasionem Fabio confugiendi in urbem dedit
ubi frustra senatus auxilium imploravit Nichilominus
enim Papirius in exigenda pena perseveravit Itaque co-
actus est pater eius post dictaturam tertiumque consulatum
rem ad populum devocare auxiliumque tribunorum plebis sup-
plex pro filio petere neque hac re Papirii severitas
refrenari potuit Ceterum cum universis civibus et ipsis
tribunis plebis rogaretur / testatus est se penam illam
non Fabio sed populi tribunorum concedere potestati

Vlcitus quoque Calfurnius Piso consul cum in Sicilia
bellum adversus fugitivos gereret et Titus equitum
prefectus fugitivorum a multitudine hostium circumventus
se et arma hiis tradidisset his Piso prefectum tali ignomi-
nie generibus affici iussit Cum toga laciniis abscissis
amictum decinctaque tunica indutum nudis pedibus a mane
usque ad noctem ad principia per omne tempus militie ad-
esse iniecit et ei convictum hominum usum balnearum
turmasque equitum quibus preerat adeptisque equis in

funditorum alas conscripsit/ magnum profecto dedecus prae pi-
sonum decore vitandum est. Cum idem quod egit piso ut
qui cupiditate aducti vite dignissimis fugitivis tropea
ad se statuere concesserant libertatique sue a manu servili
flagitio suum imponi iugum non erubuerant amare lucis
usum experientur mortemque quam effeminate timuerant
viriliter optarent

11 Nec minus pisone acriter quintus mettellus qui cum apud His-
paniam res bellica gereretur collocatas a se in quadam statione
quinque cohortes/ atque eas vi hostium depulsas repetere
eandem stationem e vestigio iussit non quod speraret ab his
amissum locum recuperari posse sed ut preterite culpam
pugne insequente certaminis cum manifesto periculo pu-
niret. Edixit etiam ut si quis fugiens castra petisset pro
hoste interficeretur qua severitate compressi milites et
corporibus fatigati et animis desperatione mortis implicati
loci tum iniquitatem multitudinemque hostium superarent.
Humane igitur imbecillitatis efficacissimum duramentum
est necessitas/

12 In eadem provincia Q. fabius maximus ferocissime gentis — fabius maximus
animos contundere et debilitare cupiens mansuetissimum
ingenium suum ad tempus deposita clementia severiori
uti severitate coegit/ Omnium enim qui ex presidiis roma-
norum ad hostes confugerant captique a se erant manus
abscidit ut trunca pre se brachia gestantes metu defe-
ctionis reliquos terreret. Rebelles itaque manus a corporibus
suis distracte inque cruento solo sparse ceteris ne idem com-
mittere auderent documento fuerunt.

13 Nihil mitius fuit superiore (maior) africano/ is tamen ad firman-
dam disciplinam militarem aliquid ab alienissima sibi
crudelitatis acritudine mutuandum existimavit/ Siquidem devicta

cartagine cu omes qui ex exercitib[us] nris ad penos tnsierat
in suam ptatem redutysset grauius in romanos q[ua]m in la
tinos tnsfugas animaduertit / hos em tamq[ua]m p[at]rie fugi
tiuos crucib[us] affixit / illos aut[em] tamq[ua]m pfidos socios securi
Non prosequar hoc factum vlterius exeq[ui] / Spaussit
et q[uia] romano sanguini q[uam]uis merito ppesso seruile suppliciu[m]
insultare non attinet / Cum presertim tnsire ad ea liceat
atque sine domestico vulnere gesta narrari put / Nam
posterior affricanus euerso punico imperio exterarum gentium
tnsfugas in edendis ppl[o] spectaculis feris bestijs obiecit
Et lucius paulus pse rege supato eiusd[em] gnis et culpe
homines elephantib[us] proterendos substrauit vtilissimo
quid[em] ex[emplo] si tamen acta excellentissimorum virorum humili
extimare sine insolentie reprehensio[n]is pmittitur / Aspero
em et absciso castigationis gne militaris disciplina
indiget q[uia] vire[s] in armis constant / que vbi a recto
tenore desciuerint oppssura sunt nisi opprimantur
Sed tempus est eorum etiam mentionem fieri que iam non
a singulis viris ab omni senatu pro militari more
obtinendo deffendendoq[ue] administrata sunt / Lucius mar
cius tribunus militum cum reliquias duorum exercituum p[ublii]
et Gnei sipionis quos arma punica in hyspania sti
serant dispsas mira virtute collegisset / eaq[ue] suffra
gijs dux esset creatus senatui de reb[us] actis a se scribens
in hunc modum orsus est / Lucius marcius ppretore cuius
honoris vsurpacione vti eum patrib[us] conscripte non
placuit q[uia] duces a p[o]p[u]lo non a militib[us] creari solent
quo tpe tam iniusto tam graui pp[ter] romane rei p[ublice]
dampnum etiam tribuno militum adulandum erat quoniam
quid[em] ad statum toti[us] ciuitatis corrigend[um] vnus suffecerat

Eo nulla clades nullus metus valentis militari disciplina
fuit / Succurrebat enim illis quod animosa severitate in tarentino
bello maiores eorum usi fuissent quo quassate et attrite
rei p. viribus cum magnum captivorum civium suorum numerum
a pirro rege ultro missum recepissent decreverunt ut
ex hiis qui equo meruerant peditum in numero militarent
qui pedites fuerant in funditorum auxilia transcriberentur
Neve quis eorum intra castra tenderet neve locum extra as-
signatum cum vallo aut fossa cingeret · neve tentorium
ex pellibus haberet Recursum autem hiis ad pristinum mili-
tie ordinem proposuerunt si quis bina spolia ex hostibus
tulisset · quibus suppliciis compressi ex deformibus pirri mi-
militibus acerrimi hostes extiterunt
Aeque iratum senatus adversos illos destrinxit qui apud
cannas rem p. deseruerat / Nam ad graviore eos decreti
ultra mortuorum condicionem relegasset acceptis a M. mar-
cello litteris ut eorum sibi opera ad expugnationem siracusarum
uti liceret rescripsit indignos esse qui in castra reciperentur
Ceterum se ei permittere quod faceret quod expedire rei p. indi-
casset dum nequis munere vacaret vel ut dono aliquo
militie donaretur aut in ytalia donec hostes in ea essent
accederet / Sic enerves animos odisse virtus solet
Age quam graviter senatus tulit quod C. publium petilium
consulem fortissime adversus ligures pugnantem occidi
milites passi essent legioni neque stipendium anni procedere
neque era dari voluit quod pro salute imperatoris hostium se
telis non obtulerant Idque decretum amplissimi ordinis
speciosum et eternum petilii monumentum extitit sub quo
in acie morte in maxima ultione clari cineres eius acquiescunt
onsili enim cum ei anibal sex milia romanorum
que capta in castris habebat redimendi potestatem fecisset

condicionem sprevit memor tantam multitudinem
armatorum vivendi si honeste mori noluissent turpiter ca-
pi non potuisse quorum nescio utrum maius dedecus
fuerit quod patria spei an hostis metus nichil in his re-
posuerat. hec pro se ille ne adversus se dimicarent

Et cum aliquotiens senatus / pertinacius
pro militari disciplina severe exsurrexerit nescio
an tum precipue cum milites regium oppidum bello
occupaverant Mortuoque duce Vibellio Marcum
Cesium ~~ducem~~ scribam eius sua sponte imperato-
rem delegerant carcere inclusit De Marco Fulvio Flac-
co tribuno plebis deprecante ne in cives roma-
nos adversus morem maiorum animadverteret nichilominus
proposito secutus est. Ceterum quo minore cum invidia id
perageretur quinquagenos per singulos dies virgis
cesos securi percuti iussit eorumque corpora sepulture man-
dari mortemque lugeri vetuit

Cla optima xpm. Leviter hec P. C. si Carthaginiensium senatus in
militie negotiis procurandis violentiam intuear
velimus a quo duces bella pravo consilio gerentes
etiam si prospera fortuna subsecuta esset cruci tamen affige-
bantur quod bene gesserant deorum immortalium adiutorio
quod male gesserant commisserat ipsorum culpa imputantes.

2m Clearcus vero lacedemoniorum dux egregio dicto
militie disciplinam continebat identidem exercitus
sui auribus inculcando a militibus imperatorem potius
quam hostem metui debere quo aperte denuntiabat
futurum esse ut spiritum pene impenderent qui pugne
acceptum ferre dubitassent idque duce precipi non mira-
bantur materne blandicie memores que eis

gerituris ad preliandum monebant aut cum ad armis d
conspectu earum venirent aut mortui in armis refer
rentur hoc intra domesticos parietes ab uxoribus accep
to signo spartane acies dimicabant

Sed aliena prosperitate tantummodo satis est cum propriis mul
toque uberioribus et felicioribus exemplis gloriari liceat
at disciplina militaris acriter retenta principatum
italie romano imperio peperit multarum urbium magnarum
regum validissimarum gentium regimen largita est fau
ces pontici sinus patefecit alpium thaurique montis
convulsa claustra tradidit. Ortumque e parva romuli ca
sa totius terrarum orbis fecit columen. Ex cuius sinu quoniam ob
triumphi manavit sequitur ut de triumphandi iure
incipiam dicere

Capitulum 3 de Iure triumphandi

Ob levia prelia imperatores triumphos sibi decerni
desiderabant quibus ut occurreretur ex lege cautum est ne
quis triumpharet nisi quinque milia hostium una acie
cecidisset. Non enim ex numero sed ex gloria triumphorum excelsius
urbi nostre futurum decus maiores existimabant. Ceterum
ne tam preclara lex cupiditate lauree oblitteraretur legis
alterius adiutorio fulta est quam L. Marius et M. Cato
tribuni plebei tulerunt penam enim imperatoribus
comminatur qui aut hostium occisorum in prelio aut amissorum
civium falsum numerum litteris senatui ausi essent referre
iubebatque eos cum primum urbem intrassent apud questo
res urbanos iurare de utroque numero vere ab his se
natui esse scriptum.

Post has leges iudicii illius tempestiva mentio ito
ducetur in quo de iure triumphandi inter clarissimas
personas et actum et exercitum est. Gaius Luctatius consul et

Cum itaque valerius pretor circa siciliam insignem penorum
classem deleverant quo nomine luctantio consuli tri
umphum senatus decrevit Cum autem valerius sibi quoque
eum decerni desideraret negavit id fieri oportere luta
tius ne in honore triumphi minor potestas maiori equaretur
pertinaciusque progressa contentione valerius in sponsione
luctantium provocavit ut suo ductu punica classis esset
oppressa Nec dubitavit restipulari luctatius Itaque iudex
inter eos convenit atilius calatinus apud quem valerius in
hunc modum egit Consulem in ea pugna claudum
in lectica iacuisse se autem omnibus imperatoris partibus functum
Tunc calatinus priusquam luctatius causam suam ordiretur quero
inquit valeri si dimicandum nec ne esset contrariis inter
vos sententiis dissidisset utrum quod consul an quod pretor imperasset
maius habiturum fuit momentum Respondit valerius
se non facere controversiam quin priores partes consulis
essent future Age deinde inquit calatinus si diversa auspi
cia accepissetis cuius magis auspicio staretur Item respondit
valerius consulis Iam hercules inquit cum de imperio
et auspicio disceptationem inter vos susceperit et tu utroque
adversarium tuum superiorem fuisse fatearis nil est quo ulterius
dubitem Itaque luctati quamvis adhuc tacueris secundum te litem
do Mirifice iudex qui in manifesto negocio tempus teri
passus non est probabilius luctatius qui ius amplissimi
honoris constanter defendit sed ne valerius quidem impro
be quia fortis et prospere pugne ut non legittimum ita non spre-
tandum premium petiit

Quid facias Gneo fulvio flacco qui tam expetendum
aliis triumphum honorem decretum sibi a senatu ob res

bene gestas spreuit ac repudiauit Verum non plura
precerpens propter quam acciderant iram ut urbem intrauit
continuo questione publica afflictus exilio multatus est ut
si quid religionis insolencia commisisset ei pena expiaret
Sapienciores igitur Quintus fuluius qui capua capta
et lucius opimius qui fregellianos ad dedicionem compulsos
triumphandi potestatem a Senatu petierunt Vterque editis
operibus magnificus sed neuter petite rei compos Non quidem
ex inuidia patrum conscriptorum cui numquam aditum in curiam esse
voluerunt sed ex summa diligencia obseruandi iuris quo
cautum erat ut pro aucto imperio non pro recuperatis que
populi romani fuissent triumphus decerneretur Tantum enim
interest si adicias aliquid an detractum restituas quantum
distat beneficii initium ab iniurie fine Verum eciam ius de quo
loquor sic custoditum est ut publio scipioni ob recuperatas
hyspanias marco marcello ob captas siracusas triu-
phus non decerneretur, quod ad eas res gerendas sine ullo
missi erant magistratu.
Probentur nunc cuiuslibet glorie cupidi qui ex deserte mo-
tibus myoparonumque piraticas rostris laudis inopes
lauree ramulos cum festinabunda manu decerpserunt
Carthaginis ab imperio abrupta hyspania et sicilie caput
sasum siracuse triumphales iungere currus nequiuerunt
et quibus viris Scipioni Marcello quorum ipsa nomina instar
sunt eterni triumphi Sed clarissimos vere solideque
virtutis auctores humeris suis salutem patrie gestantes
et si coronatos intueri senatus cupiebat iustiori tamen
reseruandos lauree putauit.
His illud subnectam Moris est ab imperatore ducturo
triumphum consules inuitari ad cenam Deinde rogari

Ut venire supersederant ne quibus eo die quo ille triumphavit
maioris in eodem conuiuio sit imperii

Verum quamvis quis preclaras res maximeque utiles
reipublice in civili bello gessisset imperator tamen eo nomine ap-
pellatus non est, neque ulle supplicationes decrete sunt
neque aut ovans aut in curru triumphavit quia ut necessarie
iste ita lugubres existimate semper sunt victorie utpote non
externo sed ex domestico parte cruore. Itaque et Nasica Liberium
Graccum et C. Metellus Opimius factiones mesti trucidarunt
Et Catulus marco lepido collega suo cum omnibus seditionis
copiis extincto moderatum prae se ferens gaudium in urbem rediit.

Cuius etiam Antonius Catiline victor abstersos
gladios in castra retulit. Lucius Cinna et C. Marius avide
quidem hauserunt civilem sanguinem sed non protinus ad
templa deorum et aras tetenderunt.

Iam L. Silla qui plurima bella civilia confecit cuius
crudelissimi et insolentissimi successus fuerunt ad consumata
atque constricta potentia sua triumphum duceret, ut Grecie
et Asie multas urbes ita civium romanorum nullum oppidum
vexit, piget me tedetque profuncta rei publice ulterius prede
lauream nec senatus cuiquam dedit nec quisquam sibi dari de-
sideravit civitatis parte lacrimante.

Ceterum ad quercus manus prone porrigitur ubi ob ci-
ves servatos corona danda est, cum qua postes auguste domus
sempiterna gloria triumphant Capitulum 9 De Censoria nota

Castrensis discipline tenacissimum vinculum et mi-
litaris rationis diligens observatio admonet me ut ad
censuram pacis magistram custodemque transgrediar
nam ut opes populi romani in tantam amplitudinem ex imperatorum virtutibus
excesserunt ita probitas et continentia censorio supercilio ex-
aminata est. Opus est ex effectu par bellicis laudibus

Quid enim prodest foris esse strenuum si domi male vivitur.
expugnantur licet urbes corripiantur gentes regnis manus
iniciantur nisi foro et curie officium ac verecundia sua consti
terit partarum rerum celo cumulus equatus sedem stabilem
non habebit ad rem igitur pertinet nosse atque adeo recor
dari acta censorie potestatis.

Camillus et postumius censores era pene nomine eos
qui ad senectutem celibes pervenerant in erarium deferre
iusserunt iterum puniri eos dignos si quo modo de tam iusta
constitutione queri sunt ausi cum in hunc modum increpa
rentur natura nobis quemadmodum nascendi ita gignendi lege
scribit parentes vos alendo nepotum nutriendorum et de
bito si quis est pudor alligaverunt Accedit his quod etiam
fortuna longam prestandi huiusce muneris advocationem
estis executi cum interim consumpti sunt anni vestri et
mariti et patris nomine vacui Ite igitur et nodosam ex
olvite stipem utilem posteritati numerose.

Horum severitatem M. Valerius maximus et C.
Iunius brutus bubulcus censores in consimili genere anad
versionis imitati sunt Lucium enim Antonium a senatu mo
verunt quod quam virginem in matrimonium duxerat re
pudiasset nullo amicorum in consilio adhibito At hoc
tamen nescio superiore maius sit illo coniugalia
sacra spreta tantum hoc etiam iniuriose tractata sunt optimo
ergo iudicio censores indignum eum aditu curie existimaverunt.

Item porcius cato lucium flaminium e numero senatorum sustulit
quia in provincia quendam damnatum morti ad securi per
cussisset in tempore supplicii ad arbitrium et spectaculum muli
ercule cuius ex amore electo tenebatur et poterat inhi
beri ex respectu sui consulatus quem is gesserat atque ex

auctoritate fratris eius viri clarissimi Gnei flaminei / Sed et
censor et Catho duplex severitatis exemplum eo magis illum notandum
statuit quod amplissimum honorem maiestatem suam tam de
testando facinore inquinaverat nec indignum pensi duxe
rat cum fratris ymaginibus ascribi meretricis oculos et
humano sanguine delectatos et regis philippi supplices

Quid de fabricii luscini censura / Immo vero
loquar / narravit omnis etas et deinceps / narrabit ab eo
Cornellius rufinus duobus consulatibus et dictatura spec-
iosissime functus quod decem pondo vasa argentea com
passet perinde ac malo exemplo luxuriosus in ordine
oratorio retentus non esse / Ipse medius fidius michi litere
seculi nostri obstupescere videntur cum ad tantam severitatem
referendam ministerium accommodare referunt coguntur
ac vereri videntur ne non acta nostre urbis commemorare
existimentur / Vix enim credibile est intra idem pomerium
x pondo argenti et invidiosum fuisse censum et inopiam
haberi contemptissimam

Marcus autem antonius et flaccus censores duronium
a senatu moverunt quod legem de coercendis conviviorum
sumptibus latam tribunus plebis abrogaverat / Mirifica
vero causa / quam enim impudenter Duronius rostra conscendit
illa dicturus / freni sunt iniecti vobis quirites nullo modo
perpaciendi / alligati et constricti estis amaro vinculo
servitutis / lex enim data est que vos esse frugi iubet
abrogemus igitur istud horride vetustatis rubigine ob
situm imperium / etenim quid opus libertate si volentibus luxu
perire non licet

Age par profectum equali iugo virtutis honoris et
societate iunctum instructum ac emulatione tamen dissidens

Claudius Nero/Liuius [illegible] Salinator Secundi punici
belli in temporibus firmissima rei p. ~~lata~~ latera velut qui districtam centurias
simul egerunt censuram nam cum equitum ~~tinias~~ re-
cognoscerent et ipsi propter robur etatis etiam nunc ex[er]cent
e militia/ut est ad polliam ventum tribum preco lecto nomine
salinatoris citandumque nec ne sibi esset hesitavit. quod ut in-
tellexit Nero et citari collegam et equum vendere iussit/quia
populi iudicio dampnatus esset/ Salinator quoque tum eadem animadver-
sione neronem persecutus est adiecta causa quod non sincera
fide secum in gratiam redisset/quibus viris si quis celestium
significasset futurum ut eorum sanguis illustrium imagine ex
serie deductum in ortum salutaris principis nostri conflueret
depositis inimicitiis cum artissimo se federe amicicie iunxissent
servatam ab ipsis patriam communi stirpi servandam relinquentes
Salinator vero quattuor ac triginta tribus inter erarios retulit
non dubitavit/quod cum se dampnasset postea consulem
et censorem fecissent pretexuitque causam quod necesse esset eas al-
teratro facto crimine temeritatis et periurii teneri. Unam
tantum tribum meciam vacuam nota reliquit que eum cum
suffragiis suis ut non dampnatione ita nec honore
quidem dignum iudicaverat/ Quem putemus consultante
et prevalidi illum ingenii fuisse qui nec tristi ex iu-
dicare exitu compelli nec honore magnitudine
adduci potuit ut se blandiorem in administratione
reipublice gereret

Equestris quoque ordinis bona magnaque pars quadrigenti
ordinis iuvenes censoriam pacienter substinuerunt
quos M. Valerius et P. Sempronius quia in Sicilia admuni-
tionum opus explicandum ire iussi facere id neglexerunt
equis publicis spoliatos in numerum erariorum retulerunt

Urbis etiam metus censores summa cum severitate penas
exegerunt. M. enim Attilius Regulus et L. Furius Philippus
M. (consulum) Metellum questorem compluresque equites Romanos
qui post infeliciter commissam canensem pugnam cum eo
abituros se italiam iuraverant direptis equis publicis
inter erarios referendos curaverunt. Eosque gravi nota
affecerunt qui cum in potestate Anibalis venissent le-
gati ab eo missi ad senatum de permutandis captivis neque
impetrassent quod petebant in urbem manserunt, quia
et romano sanguini fidem prestare conveniens erat. Et M.
Attilius Regulus censor perfidiam notabat, cuius pater per summos
cruciatus expirare quam fallere Carthaginenses satius esse du-
xerat. Iam hec censura ex foro in castra transcendit que neque
timeri neque decipi voluit hostem.

Sequuntur duo eiusdem generis exempla, eaque adiecisse satis erit.
Beta cum L. Lucio Metello et Gneo Domitio consulibus
senatu motus esset, postea censor factus est. Item M. Valerius
Messalla censoria nota perstrictus potestate censoria post-
Quorum ignominia virtutem acuit — modum impetravit. Rubore enim eius (illius) omnibus viribus incubu-
erunt ut digni civibus viderentur quibus dari potius quam obici
censura deberet. Capitulum .1. De maiestate.

Est et illa quasi privata censura maiestas clarorum
virorum sine tribunalium fastigio sine apparitorum ministerio
potens in sua amplitudine retinenda. grato enim et longi-
do introitu animis hominum allabitur admirationis pretextu
vallata quam recte quis dixerit longum et beatum honorem
sine onere esse. Etiam quid plus potuit consuli quam est
datum reo Metello qui ad tabulas repetundarum diceret tabulisque
eius ab accusatore expostulatis ad nomen inspiciendum
circa iudicium ferrentur totum consilium ab ea inspectione

Maiestas [illegible]

oculos auertit ne de aliqua re que in hys relata erant vi-
deretur dubitasse. Non enim in tabulis sed in vita Q. Metelli
argumentum sincere administrate provinciae probatum legenda
subinde crediderunt indignum rati integritatem tanti viri
exigua cera et paucis litteris perpendi

Sed quid mirum si debitus honos a civibus Metello tributus
est quem superiori Affricano etiam hostis prestare non du-
bitavit Siquidem rex Antiochus bello quod cum Romanis gere-
bat filium eius a militibus interceptum honoratissime
excepit regiisque muneribus donatum ultro et celeriter patri
remisit quamquam ab eo tunc maxime finibus imperii pellebatur
Sed et rex lacessitus maiestatem excellentissimi viri vene-
rari quam dolorem suum ulcisci maluit

Ad eundem Affricanum in Literna villa se continentem
complures predonum duces videndum eodem tempore
forte confluxerant quos cum ad vim faciendam ve-
nire extimassent presidium domesticorum in tecto collo-
cavit Studiumque in hys repellendis et animo et apparatu ocu-
pavit quod ut predones animadverterunt dimissis militibus
abiectisque armis ianue appropinquant et clara voce nunciant
Scipioni non vite eius hostes sed virtutis eius ad-
miratores venisse conspectum et congressi tanti viri
conspectum quasi celeste aliquod beneficium expectantes pro-
inde securum se nobis spectandum non gravetur Hec postquam
domestici Scipioni retulerunt fores reserari eosque intro-
mitti iubet qui postes ianue tamquam aliquam religio-
sissimam aram sanctumque templum venerati cupide Sci-
pionis dextram comprehenderunt ac diu osculati positis
ante vestibulum donis que deorum immortalium numini
consecrari solent letique Scipionem vidisse contigisse

ad lares priores reuerterunt. Primo hoc fructu maiestatis excellencieque quid etiam undique hostes nam admiratione sui placauit spectaculo presencie sue latronum gestientes oculos uidit delapsa celo sidera hominibus sese offerant venerationis amplius non recipere

Et hoc quidem uiuo scipioni illud autem emilio paulo exanimi contigit. Nam cum exequie eius celebrarentur ac forte tunc principes macedonie legationis nomine rome morarentur funebri lecto sponte sua sese subiecerunt quod aliquanto maius uidebitur si quis cognoscant lecti illius frontem macedonicis triumphis fuisse adornatum. Primo enim paulo tribuerunt propter quem gentis sue cladium insignia per ora vulgi ferre non exhorruerunt. Quod spectaculum funeri specie alterius triumphi adiecit. Bis enim te paule macedonia urbi nostre illustrem ostendit modo cum spoliis suis fato functum huerunt. Nec filii quidem tui scipionis emiliani quem in adoptionem dando duarum familiarum ornamentum esse voluisti maiestati parum honoris tributum est. Cum enim adolescentem ad modum a lucullo consule petendi auxilii gratia ex hyspania in affricam missum Carthaginenses et massinissa rex de pace disceptatores velut consulem et imperatorem huerunt. Ignara fatorum suorum carthago oriente enim illud uincturi decus decorisque homini indulgens ad exitium eius alebatur ut super cognomen affricam capta posteriusque euersa cornelie genti daret

Quid danatione quid exilio miserius. At qui paulo rutilio conspiratione publicanorum pulso auctoritate adimere non valuerunt. Cum asiam petenti omnes prouincie ciuitates legatos secessum eius comparientes obuiam miserunt. Exulare aliquis hoc loco an triumphare iustius

Caius etiam marius in profundum   ll. dixerat

Ultimare miseriare abiectus ex ipso tamen divine benefi-
cio maiestatis emersit. Missus enim ad eum occidendum in pri-
vata domo virtute clausam servus publicus natione Cim-
ber et senem inermem et squalore obsitum strictum gladium
tenens aggredi non sustinuit et claritate viri occecatus
abiecto ferro attonitus inde ac tremens fugit. Cimbrica
nimirum calamitas oculos perstrinxit hominis devicteque
gentis sue interitus animum contudit. Etiam dis immortalibus
indignum ratis ab uno eius nationis interfici Marium
quam totam deleverat.
Minturnenses autem maiestate eius capti compressum iam et con-
strictum dira fati iniquitate incolumem prestiterunt. Nec
fuit eis timori asperrima Sille victoria cum presertim ipse
Marius eos a conservando Mario absterrere posset.
Marcus Porcium Cathonem admiratio fortis at sin-
cere vite adeo venerabilem senatui fecit ut cum inimico
G. Cesare consule adversus publicanos dicendo in curia
abstraheretur et ob id iussu eius a lictore in carcerem du-
ceretur universus senatus eum sequi non dubitaret que res
divini animi perseverentiam flexit.
Eodem ludos florales quos Messius edilis faciebat
spectante populus ut mime nudarentur postulare erubuit
quod cum ex Favonio amicissimo una sedente cognovisset
Martiales nosse iocos sacrum dulce Flore cur in the-
atrum Catho severe venisti an ideo tantum veneras ut exi-
res. Discessit e teatro que presencia sua spectaculi con-
suetudinem impediret quem abeuntem ingenti plausu
populus prosecutus priscum iocorum morem in scena revoca-
vit confessus plus se maiestatis uni illi tribuere quam sibi u-
niverso vendicare. Scrutabili opibus quibus imperatores quorum triumphis

hoc datum est exiguum vini precium astricti continencia mores modice clientele domus ambicionis clausa paterni generis ymago minime blanda frons sed omnibus numeris perfecta virtutibus que quidem efficit ut quicquid sanctum et egregium actis significare velit sub nomine Catonis diffiniat

Atque est aliquid loci etiam alienigenis exemplis ut domestica aspera ipsa veritate delectent Armodii et Aristogitonis qui athenas tirannide liberare conati sunt effigies Xerxes ea urbe devicta in regnum suum transtulit longo deinde interiecto tempore Seleucus in pristinam sedem reportandas curauit

Rodii quoque eas urbi sue appulsas cum hospicium publice invitassent sacris etiam pulvinaribus collocauerunt nichil hac memoria felicius que tantum venerationis in tam paruolo ere possidet Quantum porro athenis Xenocrati sapiencia pariter ac sanctitate claro tributum est ad testimonium dicere coactus ad aram accessisset ut more eius ciuitatis iuraret omnia se vera retulisse vniuersi iudices consurrexerunt proclamaueruntque ne iusiurandum diceret Quodque sibimetipsis postmodum dicende sine loco remissuri non erant sinceritati eius concedendum existimauerunt

Liber 3

Attingam nunc quasi cunabula quedam et elementa virtutis animique procedente tempore ad summum glorie cumulum peruenturi certo ad indolis experimento dato gestas referam Emilius lepidus puer etiam tum progressus in aciem hostem interemit ciuem seruauit cuius tam memorabilis operis index est in capitolio statua bullata et incincta pretexta senatus consulto posita Iniquum enim putauit eum honori nondum tempestiuum videri qui iam virtuti maturus fuisset preuenit igitur lepidus etatis stabilimentum fortiter faciendi celeritate duplicemque laudem e prelio retulit cuius

cum viri spectatorem animi esse patiebantur. Arma enim infesta
et districti gladii et discursus telorum et advenientium equitatus
fragor et concurrentium acerrimus impetus iuvenem hostes aliquantum
terroris incutiunt. Inter que gentes emulie pueritie corona
mereri spolia rapere valuit

Te spus ne M. Marci quidem Catonis pueritie defuit. Nam
cum domo M. Drusi avunculi sui educaretur et ad eum
tribuni plebis latini de civitate impetranda convenissent
a Q. Popedio latini principe Drusi hospite rogatus
ut apud avunculum adiuvaret constanti vultu non
facturum se respondit. Iterum deinde ac sepius interpellatus
in proposito perstitit. Tunc Popedius in excessam edium
partem levatum abiecturum se inde nisi precibus obtemper
aret minatus est nec hac re ab incepto moveri potuit
expressa est itaque vox hominis gratulemur nobis latini
et socii hunc esse tam parvum senatum quo senatore
nec sperare quidem nos civitatem licuisset. Tenero igitur
animo Cato totius curie gravitatem percepit perseverantiaque
sua latinos iure civitatis apprehendere cupientes repulit

dem cum salutandi gratia pretextatus ad Sillam ve
nisset et capita proscriptorum in atrium ablata vidisset
atrocitate commotus pedagogum suum nomine Sarpadonem
interrogavit quapropter non inveniretur qui tam crudelem
tirannum occideret. Cumque hic non voluntatem hominibus
sed facultatem deesse quod salus eius magno presidio militum
custodiretur respondisset ut ferrum sibi daret obsecravit affir
mando perfacile se eum interfecturum quod in lecto eius considere
soleret. Pedagogus et animum Catonis agnovit et propositum
exhorruit eumque deinde ad Sillam semper excussum eduxit.
Nihil hoc admirabilius puer in officina crudelitatis deprehensus
victorem non extimuit tum maxime consules municipia
legiones equestris ordinis maiorem partem trucidantem

et quem ipsum Marium si illo loci statuisset celerius aliquid de sua fuga quam de Sulle nece cogitasset

Unius filium Faustum C. Cassius condiscipulum suum in scola proscriptionem paternam laudantem ipsumque cum per etatem potuisset idem facturum minantem colapho percussisse dignam manum que publico parricidio se non contaminaret

Et ut attingam aliquid externum Alcibiades ille cuius nescio utrum bona an vicia patrie perniciosiora fuerint. Ille enim cives suos decepit hic afflixit cum adhuc puer ad avunculum suum Periclem venisset eumque secreto sedentem tristem vidisset interroganti quid ita vultu tanta confusione gereret. At illo dicente mandato se civitatis pro pila Minerve que sunt ianue arcis edificasse consumptaque in id opus ingenti pecunia non invenire quo pacto ministerii rationem redderet atque de eo conflictari. Ergo inquit quere potius quemadmodum rationem non reddas. Itaque amplissimus vir et prudentissimus suo consilio defectus pueri usus est. Atque id egit ut Athenienses finitimo implicato bello rationibus reddendis non vacarent. Sed viderint Athene utrum Alcibiadem lamententur an glorientur quoniam adhuc inter execrationem hominis et admirationem dubio mentis iudicio fluctuantur. Nos quasi iam iudicia procacis virtutis patefecimus actum ipsum prosequimur cuius ponderosissima vis et efficacissimi lacerti in fortitudine consistunt.

De fortitudine

Et me preterit conditor urbis nostre Romule principatum hoc tibi in genere laudis assignari oportere sed patere obsecro uno te preveniri exemplo cui et ipse aliquanto honore debes quia beneficio illius effectum est ne tam preclarum opus tuum Roma dilaberetur. Tuscis in urbem pontem sublicium irruentibus Oracius Cocles extremam eius partem occupavit totumque hostium agmen donec post tergum suum pons corrumperetur infatigabili pugna sustinuit atque ut patriam periculo imminenti liberatam vidit armatus se in Tiberim misit. Cuius fortitudinem dii immortales admirati incolumitatem eius sinceram prestiterunt nam neque altitudine deiectus quassatus neque armorum pondere pressus nec ullo vertice

articulo acto ne telis quidem que undique congerebantur lesus tutum
natandi eventum habuit Unus itaque tot civium tot hostium
in se oculos convertit stupentes illos admiratione hos inter
letitiam et metum hesitantes Unusque duos acrima pugna
consertos exercitus alterum repellendo alterum propugnando distraxit
Denique unus urbi nostre tantum scuto suo quantum Tiberis alveo
munimenti attulit Quapropter discedentes Etrusci dicere potuerunt
Romanos vicimus ab Oracio victi sumus

Inmemorem me propositi mei Cloelia pene facit eadem
enim tempestate certe et adversus eundem hostem et in eodem
Tiberi inclitum ausa facinus Inter ceteras enim virgines ob-
ses Porsende data hosti nocturno tempore custodia egressa
equum conscendit celerique traiectu fluuis non obsidione sed
metu patriam solvit viris puella lumen virtutis preferendo

Redeo nunc ad Romulum qui ab Acrone Ceningensium re-
ge ad dimicandum provocatus quamquam et numero et fortitudine militum superio-
rem se crederet tutiusque erat cum toto exercitu quam solus in aciem descen-
dere sua potissimum dextera omen victorie corripuit nec
incepto eius fortuna defuit occiso enim Acrone fusisque hostibus
opima de eo spolia Iovi Feretrio retulit Hactenus istud quia
publica religione consecrata virtus nulla privata laudatione
Romulo proximus Cornelius Cossus eidem deo (indiget
spolia consecravit cum magistrum equitum ducem Fidenatium
in acie congressus interemisset Magnus initio huiusce generis in-
choate glorie Romulus Cossoque multum acquisitum est quod imi-
tari Romulum voluit

Ne M. quidem Marcelli memoriam ab huius exemplis
debeamus separare in quo tanti vigor animi fuit ut apud Padum
Gallorum regem ingenti exercitu stipatum cum paucis equitibus in-
vaderet quem protinus obtruncatum armis exuit eaque Iovi Fe-
retrio dicavit

Eodem et virtutis et pugne usi sunt Torquatus Manlius
et Valerius Corvinus et Emilianus Scipio hij [illegible]

Istud sufficit sc. qd' dom sunt de Romulo

prouocatos hostium duces interemerunt. Sed quia sub alienis au-
spiciis rem gesserant, spolia Ioui Feretrio non posuerunt. Cosecunda
dem Scipio Emilianus cum in Hyspania sub Lucullo duce
militaret atque Intercatia preualidum oppidum circumsederet,
primus menia eius conscendit, neque erat in eius exercitu quisquam
aut cum nobilitate aut animi indole aut futuris actibus cuius
magis saluti parci et consuli deberet. Sed tamen clarissimus quisque
iuuenum pro amplianda et tuenda patria plurimum laboris
ac periculi sustinebat, deforme sibi existimans quos dignitate
prestaret ab his virtute superari. Ideoque Emilianus militiam
hanc aliis propter difficultatem vitantibus sibi deposcat.
Agnita inter hec fortitudo etiam antiquitas offert. Romani
Gallorum exercitu pulsi, cum se in capitolium et arcem conferrent
neque his collibus morari omnes non possent, necessarium
consilium in plana parte urbis relinquendi senium ceperunt,
quo facilius iuuentus et reliquias imperii tueretur. Ceterum
ne illo quidem tam misero tamque luctuoso tempore ciuitas
nostra virtutis sue oblita est. Defuncti enim honoribus apertis
ianuis in curulibus sellis cum insignibus magistratuum quos
gesserant sacerdotiorumque que erant adepti consederunt,
ut et ipsi in occasu suo splendorem et ornamenta preterite
vite retinerent et plebem ad fortius sustinendos casus suos
prouocarent. Venerabilis eorum aspectus primo hostibus
fuit et nouitate rei et magnificentia cultus et ipso audacie
genere commotis. Sed quis dubitaret quin et Galli et victores ad
admirationem mox in risum et in omne contumelie genus
conuersuri essent. Non expectauit igitur hanc iniurie ma-
turitatem C. Attilius, verum barbam suam permulcenti
Gallo scipionem vehementi ictu capiti inflixit eique propter
dolorem ad se occidendum incitati cupidius corpus obtulit. Capi-
go seruitutis nescit | pauca decoris ignara | fortune succumbere

omni fato tristius ducatur Nova et speciosa gloria interitus excogi-
tatus si quisquam interiit qui sic extinguitur
Reddendus est nunc romane iuventuti debitus glorie titulus
Cunto catulo sempronio atratino consule cum volscis apud
verruginem parum prospere dimicante ne acies nostra in-
clinata pelleretur equis delapsa se ipsam centuriavit
atque hostium exercitum irrupit impetum excepit quo demoto pro-
ximum occupavit tumulum effecitque ut omnes volsci in se
versis impetum legionibus nostris ad confirmandos animos
salutare laxamentum daret itaque ad iam de tropheis da-
ret statuende cogitarent prelium nocte dirimente victores
an victi discederent incerti abierunt
Tercius illeque flos ordinis equestris aug mira virtute fa-
bius maximus rutilianus in egregium bellum quod adversus
Samnites gerebat male commissi belli crimine levatus est
Namque papirio cursore pro auspicia repetenda in urbe
proficiscente castris propositus ac vetitus in aciem exercitum ducere
Nichilominus manum cum hoste sed non tam feliciter quam temere
conseruit pari dubio enim superabatur Cetere optime indolis
iuvenis detractis equorum frenis vehementer eos calcaribus
stimulatos in eadem versus Samnites egit obstinataque animi
perstantium extorta manibus hostium victoriam et cum ea spem
maximi civis rutilianum patrie restituit Qualis deinde
cohortes ille milites qui vehementi remorum concitatam
fuga punicam classem natantes lubrica pelagi brachii
ore firmitate pedites in litus retraxerunt
Iusto tempore et noto milites qui Cannensi prelio quo
Anibal magis vires romanorum contudit quam animos fregerat
tum ad retinenda arma inutiles vulneribus manus ha-
beret spoliare se conantem nummide cervicem complexus
os naribus et auribus corrosis deforme reddidit inque plenis
ultionis morsibus exspiravit Seponem inquam pugne eventum

Animo interfectore fortior interfectus peremptorem in victoriam obruit
morienti solacio fuit solamen in ipso fine uite vindex sui
Militis hominis in adverso casu tam eggregius tactus/
Similis animus quam relaturus sum imperatoris Paulus enim
Crassus cum Aristonico bellum in asia gerens a Tracibus
quorum is quorum magnum numerum in presidio habebat inter
Eleam et Smirnam exceptus ne in dedicionem eius
perveniret/ dedecus accersita racione morte effugit virgam
enim qua ad regendum equum usus fuerat in unius barbari oc-
culum direxit/ qui in doloris accensus latus Crassi sica con-
fodit dumque se ulciscitur romanum imperatorem maiestatis
amisse turpitudine liberavit. ostendit fortune Crasso quam in-
dignum virum tam gravi contumelia afficere voluisset
quoniam quidem iniectos ab ea libertati sue miserabiles laque-
os prudenter pariter ac fortiter rupit/ donatum seque tamen
Aristonico dignitati sue reddidit
Eodem mentis proposito usus est Scipio Metellus infeliciter
enim pompei generi sui desessit in affrica pugnans classe hys-
paniam petens cum animadvertisset navem in qua vehebatur
ab hostibus captam gladio precordia sua transverberavit ac
deinde prostratus in puppim querentibus cesarianis mili-
tibus ubinam esset imperator respondit imperator se bene habet
tantum eloqui valuit quantum ad testandum animi fortitudine
eterne laudi satis erat
Tuus quoque excessus clarissime Cato vite monumentum est
In qua ex fortissimis vulneribus tuis plus glorie quam sanguis
emanat. Siquidem constantissime in gladium incumbendo
magnum hominibus documentum dedisti quanto potior esse debe-
bat probis dignitas sine vita quam vita sine dignitate Cuius
filia minime muliebris animi que cum Bruti viri sui consilium
de interficiendo cesare ceperat ea nocte qua dies teterri-

facti sceleris est cognovisset egresso cubiculo bruto cultellum
tonsorium quasi unguium resecandorum causa poposcit, eoque velud
forte elapso se vulneravit clamore deinde ancillarum revocatus
in cubiculo brutus obiurgare eam cepit quod tonsoris preri-
puisset officium. Cui secreto porcia, non est hoc inquit te-
merarium factum meum sed in tali statu nostro amoris mei er-
ga te certissimum iudicium experiri enim volui si tibi propositum
parum ex sententia cessisset quam equo animo me ferro essem interemptura
Felicior progenie sua superior Catho a quo porcie fami-
lie primordia manarunt Cui cum in acie ab hoste vehemencius
parmlo peteretur, vagina gladius eius elapsus decidit
quem subiectum prelianctium globo atque undique hostibus pe-
dibus circumdatum postquam abesse sibi animadvertit, adeo constanti
animo in suam potestatem redegit ut illum non periculo oppressus
rapere sed metu vacuus sumere videretur quo spectaculo attoniti
hostes postero die ad eum supplices pacem petentes venerunt
Togata quoque fortitudo militaribus operibus in-
serenda est, quia eandem laudem foro atque castris edita meretur
Cum T. Gracchus in tribunatu profusissimis largitionibus
favore plebis occupato rempublicam oppressam teneret pa-
lamque dictitaret interempto senatu omnia per plebem agi
debere in edem fidei publice convocati patres conscripti
a consule Mucio Scevola quidnam in tali tempestate
faciendum esset deliberabant cunctisque censentibus ut consul
armis rempublicam tueretur Scevola negavit se quicquam
vi esse acturum. Tum Scipio Nasica quoniam inquit consul
dum iuris ordinem sequitur id agit ut cum omnibus legi-
bus romanum imperium corruat egomet privatus me vo-
luntati vestre ducem offero, ac deinde levam manum parte
toge circumdedit sublataque dextra proclamavit qui rem-
publicam salvam esse volunt me sequantur. Eaque voce cunctationem

honorum cumulo dissaipsa, Gracchum cum scelerata factione quas me-
rebatur penas persolvere coegit

Item tribunus plebis Saturninus et pretor Glaucia et Equitius
designatus tribunus plebis maximos in civitate nostra seditionum
motus excitavissent, nec quisquam se populo concitato opponeret, primum
Marcus Emilius Scaurus Gaium Marium consulatum sextum gerentem
hortatus est ut libertatem legesque manu et armis defenderet
protinusque arma sibi afferri iussit quibus allatis ultima senectute
confectum et pene dilapsum corpus induit spiculoque innixus
ante fores curie consistit ac parvulis et extremis spiritus reliquiis
ne res publica expiraret effecit presentia enim animi sui senatum
et equestrem ordinem ad vindictam exigendam impulit

Ego ut armorum et toge superius, ita nunc siderum clarum
decus divum Julium certissimam vere virtutis effigiem te
presentemque cum innumerabili multitudine et feroci impetu ner-
viorum inclinari aciem suam videret timidius pugnanti mi-
militi scutum detraxit, eoque tectus acerrime proeliari cepit quo
facto fortitudinem per totum exercitum diffudit labentemque
belli fortunam divino cum ardore restituit

Idem alio prelio legionis Martie aquiliferum ineunde
fuge gratia iam conversum faucibus iam comprehensum in contrariam
partem detraxit, dexteramque ad hostem tendens, quorsum
tu inquit abis illic sunt cum quibus dimicamus et manibus
quidem unum militem adhortatione tam nota acri omnis
legionis trepidationem correxit vincique paratas vincere

Ceterum ut humane virtutis actum exequamur. Vocavit
cum Hanibal Capuam in qua Romanus exercitus erat obsideret
Vibius Accuens Peligne cohortis prefectus vexillum trans primum
vallum proicit seipsum suosque commilitones si eo hostes poti-
ent execratus et ad id petendum subsequente cohorte primus

impetu fecit quod ut Valerius flaccus tribunus tercie legionis aspexit conuersus ad suos spectatores inquit ut video alie- ne virtutis huc venimus sed absit istud dedecus a sanguine nostro ut romani gloria cedere latinis velint Ego vero aut aut speciosam optans mortem aut felicem audacie exitum vel solus pretemptare paratus sum hijs auditis Padanus centurio conuulsum signum dextra retinens iam hoc inquit intra hostile vallum mecum erit Proinde sequantur qui id capi nolunt et cum eo in castra penorum irrupit totamque secum traxit legionem Ita trium hominum fortis temeritas Annibalem pau- lo ante spe sua capue potitorem nec castrorum quidem suorum potentem esse passa est

Horum virtuti nichil cedit Q. Occius qui semper fortitudinis Achilles cognominatus est Etenim ut reliqua eius opera non exequar habunde tamen duobus factis que relaturus sum quantus bellator fuerit cognoscetur Q. Metello consule legatus in hyspa- niam profectus Celtiberica sub eo bella gerens pugnam pro- uocanti a quodam gentis huius iuuene sed ad dimicandum prouocari Erat autem forte prandendi gratia posita mensa re- licta ea arma sua extra vallum efferri equum clam iussit ne a Metello impediretur et illum celtiberorum insolentissime equitatem consectatus interemit detractisque corporis eius exuuiis ouans leticia in castra retulit

Idem Pyresum nobilitate ac virtute celtiberos prestantem cum ab eo in certamen pugne denotatus esset suc- cumbere sibi coegit nec erubuit flagrantissimi pectoris iuuenis gladium ei suum et sagullum vtroque exercitu spec- tante tradere Ille vero eciam petiit ut hospicii iure inter se iuncti essent quoniam inter Romanos et celtiberos pax foret restituta

Et attilium preterire possumus qui cum decime legionis

Miles pro C cesaris maritima pugna proeliaretur abscissa dextra quam massiliensium navi iniecerat leva puppim apprehendit nec ante dimicare distitit quam captam profundo mergeret quod factum parum iusta noticia patet At cinegirum atheniensem simili pertinacia in consectandis hostibus usum verbosa cantu laudum suarum grecia omnium seculorum memorie litterarum preconio inculcat

Cassium Attilii gloriam terrestri laude cassius sceva eiusdem imperatoris centurio obscuravit est cum pro castello cui propositus erat dimicaret Gneique pompeii prefectus iussu eius summo studio et magno militum numero ad eum capiendum mitteret omnes qui propius appropinquare accessere interemit Et sine ullo regressu pedes pugnans super ingentem stragem quam ipse fecerat corruit cuius corpus ad capite humero femore saucio oculo eructo scuto uno et viginti ictibus perfossum apparuit Tales in castris divi julii disciplina milites aluit quorum alter dextra alter oculo amisso hostibus inhesit Ille post hanc iacturam victor hic ne hac quidem iactura victus

Tuum vero Sceuola inexsuperabilem spiritum in utra parte rerum nature admiratione prosequar nescio quoniam excellenti virtute dubium reliquisti inter undas ne pugnam fortiorem edideris an in terra vocem miseris. bello namque quo C cesar non contentus opera sua littoribus oceani claudere britanice insule celestes iniecit manus cum quatuor commilitonibus rate transvectus in scopulum vicinum insule qua hostium ingentes copie obtinebant. postquam estus regressu suo spacium quo scopulus et insula dividebantur in vadum facile transitu redegit. ingenti multitudine barbarorum affluente ceteris rate ad litus regressis solus immobilem stacionis gradum retinens undique ruentibus telis et ab omni parte acri studio

ad euadendum intentibus quoque militibus diuino prelio suffectura pila
uina dextra hostium corporibus adegisti ad ultimum districto
gladio audacissimum quemque modo umbonis impulsu
modo mucronis ictu repellens hinc romanis illinc
britannis oculo incredibili dum cerneretis spectaculo f-
fuisti postquam te inde ira ac pudor cuncta conari fessos ce-
egit tragula femur transiectus saxique pondere ora contusus ga-
lea iam ictibus conquassata et scuto crebris foraminibus assumpto
profundo te credidisti ac duabus loricis onustus inter un-
das quas hostili cruore infeceras enatasti visoque im-
peratore armis non amissis sed bene impensis cum laudem
mereres ueniam petisti magnus prelio sed maior disciplinae
militaris memoria itaque ab optimo uirtutum extimatore
tum facta tum etiam uerba tua centurionatus honore donata sunt

Sed quod ad preliatorem excellentem fortitudinem attinet
merito L. Sicii dentati commemoratio omnia romana exa
superat cuius opera honoresque operum ultra fidem ueri ex-
cedere iudicari possent nisi ea certi auctores inter quos
M. Varro monumentis suis testata esse noluissent quem
centies et uigesies in aciem descendisse tradunt eo robore
animi atque corporis utentem ut maiorem semper uictoriae
partem traxisse uideretur sex et triginta spolia ex hoste
retulisse quorum in numero octo fuisse cum quibus inspectante
utroque exercitu ex prouocatione dimicasset quattuordecim ciues
ex media morte raptos seruasse quinque et quadraginta
uulnera pectore excepisse tergo cicatricibus uacuo nouem
triumphales imperatorum currus secutum totius ciuitatis oculos
in se numerosa pompa donorum conuertentem preferebantur
enim aureae coronae octo ciuicae xiiii murales tres obsidio-
nales xiii torques clxxxiii armillae clx hastae xviii
phalerae xxv ornamenta etiam legioni nedum militi satis
llecque ex pluribus corporibus in unum ad magna

// multa

admiratione tractibus clamor confusus est in quo oppido cum fuluius
flaccus propter Campanam perfidiam principes ciuitatis ante tribu-
nal suum capitali supplicio afficiendos iudicaret litterisque a
senatu acceptis finem pene eorum statuere cogeretur vltro se
ei taurea Vibellius campanus obtulit et quam potuit clara
voce Cum inquit fului tanta cupiditate hauriendi sanguinis
nostri tenearis inquit cessas in me cruentam securem distrin-
gere ut gloriari possis fortiorem aliquanto virum quam ipse es
tuo iussu esse interemptum Flacco deinde dicente libenter id se fuisse
facturum nisi senatus voluntate impediretur et adfirmante
ad me inquit Cui patres conscripti preceperunt aspice
oculis quidem tuis gratum animo tuo maius opus edentem protinusque
interfecta coniuge ac liberis gladio incubuit quem illum
virum putemus fuisse suorum ac sua cede testari noluit se
fuluii crudelitatem sugillare quam senatus venia uti maluisse
De dario quinto ardor animi qui ad sordida magorum
tirannide persas liberasset vnumque ex hiis obscuro loco obitu
corporis pondere urgeret preclari operis socio plagam ei inferre
dubitanti ne magum percutiens ipsum vulneraret tu vero
inquit nil est quod respectu mei gladio timidius vtaris
vel per vtrumque id agas licet dum hic quam celerrime pereat
Hoc loci leonidas nobilis spartanus occurrit cuius proposito
opere exitu nil fortius veram ad tricentis ciuibus apud termo-
pilas toti asie obiectus grauem illum et mari et terre
xersem nec hominibus tantum terribilem sed neptuno quoque compedes
et celo tenebras comminantem pertinacia virtutis ad
vltimam desperationem redegit Cetere perfidia et scelere
incolarum regionis eius et loci oportunitate quo plurimum
adiuuabatur spoliatus occidere dimicans quam assignatam
sibi a patria stationem deserere maluit itaque alacri animo
suos ad id prelium quo perituri erant cohortatus est ut diceret sic
prandete commilitones tamquam apud inferos cenaturi mors

erat denunciata lacedemonii proinde ac victoria esset pro
missa ductori intrepidi paruerunt

Tritiadesque pugna pariter ac morte speciosa Thireatis
laude qui spatio latus solum terrenit qui sanguine suo scripte
littere interceptam hostibus victoriam tum per fata sua in sinu
patrie cruento trophei titulo retulit

Excellentissimos spartane ciuitatis prouentus miserabilis lap-
sus sequitur Epaminundas maxima tebarum felicitas Idemque
lacedemoniis prima clades cum vetustam eius urbis glo
riam inuictamque ad id tempus publicam virtutem apud Le-
uctram et Mantineam secundo prelio contudisset traiecta
hasta sanguine et spiritu deficiens recreare se conantes primum
an clipeus suus saluus esset deinde an penitus fusi hostes
forent interrogauit que postquam ex animi sententia comperit non finem
inquit commilitones vite mee sed melius et altius initium ad
uenit nunc enim vester Epaminundas nascitur quia sic moritur
Tebas ductu et auspiciis meis caput Grecie factas video et
fortis et animosa ciuitas Spartana iacet armis meis abiecta
amara dominatione Grecia metu liberata est Orbusque non
tum sine liberis morior quoniam mirificas filias Leuctram
et Mantineam relinquo e corpore deinde suo hasta educta
iussit eoque vulnere expirauit Cui si eum dii immortales victo-
riis suis passi essent perfrui sospes gloriosior patrie menia
non intrasset

Ne theramenis quidem atheniensis in publica custodia
mori coacti parua mentis constancia in qua per xxx tyrannorum
iusso porrectam veneni potionem non dubitanter hausit
quicquid extra superfuerat iocabundus illisum humo clarum
edere sonum coegit ridensque seruo publico qui eam tradiderat
Critie inquit propino · vide igitur ut poculum hoc ad eum
continuo perferas Erat autem his et xxx tirannis crudelissimus
Profecto supplicio est se liberare tam facile supplicium pati

Itaque Theramenes perinde in domestico lectulo moriens vita re-
cessit inimicorum extimatione punitus suo iudicio finitus Theramenes
Theramenes a laude et doctrina militarem traxit

Numantino vero Rhetogenem ad consimilem virtutem cape-
scendam quasi ingrauigente sue ferocitas extitit perditis namque et
afflictis rebus numantinorum cum omnes eius cives nobilitate pe-
cunia honoribus prestaret vicum suum qui in ea urbe speciosissimus
erat contractis undique nutrimentis ignis conscendit protinus
que strictum gladium in medio posuit ac binos inter se dimicare
iussit ut victus incisa cervice ardentis tecti supraderetur qui ad
tam forti lege mortem omnes assumpsisset ad ultimum se ipse flammis

Cuius ut eque ipsa romane inimice urbis   inmisit se
excidium referam Carthagine capta uxor Hanibalis expro-
brata ei impietate quod a Scipione sibi soli impetrare vitam
contenta fuisset dextra leuaque communes filios mortem non
recusantes trahens incendio se flagrantis patrie obiecit mu-
lieris fortitudinis exemplo eque fortem duarum puellarum casum

Nam pestifera seditione siracusarum regia   adiciam
regis Gelonis stirps euidentissimus exhausta cladibus ad v-
nicam filiam harmoniam virginem esset redacta et in eam
certatim ab inimicis impetus fieret nutrix eius equalem illi pu-
ellam regio cultu ornatam hostilibus gladiis subiecit que ne
ferro quidem trucidaretur cuius esset condicionis edidit proclamat
admirata illius animum harmonia et tante fidei superesse non
sustinuit reuocatosque interfectores professa que na esset in
cedem conuertit ita alteri tectum mendacium alteri veritatis a-
perta finis vite fuit

De pacientia

Egregiis virorum pariter et feminarum operibus fortitudo
se oculis hominum subiecit pacientiamque in medium
procedere hortata est non sane infirmioribus radicibus sta-
bilitam aut minus generoso spiritu habundantem sed ita similitudine
iunctam ut cum ea vel ex ea nata videri posset

Quidem hijs que supra retuli facto mucii conuenientius

Cum a porsena rege etruscorum urbem nostram graui ac diu
tino bello urgeri egreferret castra eius clam ferro cinctus
intrauit immolantem ante altaria conatus occidere est Ceterum
inter molitionem pii pariter ac fortis propositi oppressus nec causam
aduentus texit et tormenta quantopere contempneret mira pa
tiencia ostendit perosus enim credo dextram suam quod eius
ministerio in cede regis uti nequisset iniectam foculo exuri
passus est Nullum profecto dii immortales ad motum aris
cultum attentioribus oculis uiderunt Ipsum quoque porsenam oblitum
periculi sui ultionem suam uertere in admiracionem coegit Re
uertere inquit ad tuos muci et eis refer te cum uitam
meam peteris a me uita donatum Cuius clemenciam non a
dulatus mucius tristior porsenne salute quam sua letior urbi
se cum eterne glorie cognomine Sceuola reddidit

Ompei etiam probabilis uirtus qui dum legationis officio
fungeretur a Gencio rege interceptus est Cum senatus
consilia prodere iuberetur ardenti lucerne ad motum
digitum cremandum prebuit eaque paciencia regi simul et
desperationem tormentorum quicquam ex se cognoscendi excussit et
expetende reipublice amicicie magnam cupiditatem ingenerauit

C ne plura huiusce generis exempla domi scrutando sepius
ad ciuilium bellorum detestandam memoriam progredi co
gar duobus romanis exemplis contentus que ut clarissimarum
familiarum commendationem ita nullam publice memorie
continent externa subnectam

Etusto macedonie more regi Alexandro nobilissimi
pueri presto erant sacrificanti E quibus unus turribulo
arrepto ante ipsum astitit In cuius brachio carbo ardens de
lapsus est quo et si ita urebatur ut adusti corporis eius odor
ad circumstancium nares perueniret tamen et dolorem silencio pressit
brachium immobile tenuit ne sacrificium Alexandri aut
concusso turibulo impediret aut edito gemitu regias

aures aspergeret Ceterum pacientia pueri magis delectatus hoc diu
perseverancie experimentum sumere voluit Consulto ei facultatem
omisit nec hac re eum a proposito repulit Si huic miraculo
Darius inseruisset oculos scisset eius stirpis milites vinci
non posse cuius infirmam etatem tanto robore animi preditam
Est et illa vehemens et constans animi milicia litteris pol
lens venerabilium doctrine sacrorum Antistes philosophia que
ubi pectore recepta est omni inhonesto atque inutili af
fectu depulso totum in solido virtutis munimento confirmat
potenciusque metu facit ac dolore
Incipiam autem a Zenone Eleate qui cum esset in perpendi
enda rerum natura maxime prudencie inque excitandis
ad vigorem iuvenum animis promptissimus preceptorum fidem
exemplo virtutis sue publicavit patriam enim egressus in qua
frui secura libertate poterat Agrigentum miserabili servi
tute obrutum petiit tanta fiducia ingenii ac morum suorum
fretus ut speravit a tyranno et Phalari vesane mentis
feritatem a se eripi posse postquam deinde apud illum
plus consuetudinem dominacionis quam consilii in salubritate
valere animadvertit Nobilissimos eius civitatis adolescen
tes cupiditate liberande patrie inflammavit Cuius rei cum
eius indicium ad tyrannum manasset convocato in forum populo
torquere eum vario cruciatus genere cepit subinde querens
quosnam consilii participes haberet At ille neque eorum
quemquam nominavit et proximum quemque et fidissimum ti
ranno reddidit suspectum increpansque Agrigentinis ignaviam
ac timiditatem effecit ut subito mentis impulsu con
citati Phalarim lapidibus prosternerent Senis ergo unius
eculeo impositi non supplex vox nec miserabilis eiulatus
sed fortis cohortacio totius urbis animum fortunamque mutavit
Eiusdem nominis philosophus cum a Nearcho tyranno de cuius
nece consilium inierat torqueretur supplicii pariter ac indi
candorum gracia conscios dolore victor sed ultionis cupidus

se dixit quod secreto audire eum admodum expediret laxatoque
eculeo postquam insidiis oportunum animaduertit tempus aurem
eius morsu corripuit nec ante dimisit quam et ipse uita et
ille parte corporis priuaretur

Alis pacientie eminuit Anasarcus Cum a tiranno Ci-
priorum in Colocreonte torqueretur nec illa inhiberi
posset quominus eum amarissimorum maledictorum uerberibus
inuicem ipse torqueret ad ultimum amputacione lingue
minitanti non erit inquit effeminate adolescens hec
quoque pars corporis mei tue dicionis protinusque dentibus abscisam
et commanducatam linguam in os eius ira patens
expuit Multorum aures lingua illa et in primis Alexandri
regis admiracione summa attonitas habuerat dum terre condi-
cionem ambitum maris siderum motus totius denique mundi
naturam prudentissime et facundissime expromsit pene
tamen cecidit gloriosius quam uiguit quia tam forti fine illustrem
professionis actum comprobauit Anaxarchique non uitam
modo deseruit sed mortem credidit clariorem

N Theodoroque uiro grauissimo Ieronimi tiranni tortore
manus frustra fatigauit rupit enim uerbera fidiculas la-
xauit soluit eculeum laminas extinxit priusquam efficere
potuit ut tirannidis conscios indicaret Quin etiam salutem
in quo totius dominacionis summa quasi quodam cardine uersabatur
falsa criminacione inquinando fidum lateri eius custodem
eripuit beneficioque pacientie non solum que occulta fuerant
texit sed eciam sed eciam tormenta sua ultus est quibus Ieronimus
dum inimicum cupide lacerat amicum temere perdidit

put Indos uero pacientie meditacio tam obstinate
usurpari creditur ut sint qui omne uite tempus nudi exigant
modo Caucasi montis gelido rigore corpora sua durantes
modo flammis sine ullo gemitu obicientes atque parua his
aut non gloria contempti doloris acquiritur titulusque sapientie datur

hec enim pectoribus altis et eruditis orta sunt
Illud tamen non minus admirabile servilis animi cepit ser-
vus barbarus Hasdrubalem quod dominum suum occidisset graviter
ferens subito aggressus interemit cumque comprehensus omni modo
cruciaretur leticiam tamen quam ex vindicta ceperat in ore
constantissime retinuit. Non enim fastidioso aditu virtus
excitata vivida ingenia ad se penetrare patitur neque
haustum sui cum aliquo personarum discrimine largitur
sed omnibus equaliter exposita quid cupiditatis potius quam
quid dignitatis attuleris extimat inque captu bonorum suorum
tibi ipsi pondus examinandum relinquit ut quantum subire animo
sustinueris tantum tecum auferas quo evenit ut et humili
loco ad summam dignitatem consurgant et generosissimarum
ymaginum fetus in aliquod revoluti dedecus acceptam a
maioribus lucem in tenebras convertant. Que quidem planiora
singulis exemplis reddentur ac prius de his ordiar quorum in me-
liorem statum facta mutatio pendulam relatu materiam prebet

De humili loco nati clari evaserunt

Incunabulis Tullii Hostilii agreste tugurium cepit eiusdem
adolescentia in pecora pascendo fuit occupata validior e-
tas imperium romanum rexit et duplicavit senectus excellentissimis
ornamentis decorata in altissimo maiestatis fastigio fulsit. Re-
x Tullus et si magni et admirabilis incrementi domesticum tamen
Tarquinium autem ad Romanum imperium occupandum exterum est
fortuna in urbem nostram advexit alienum quidem exactum alie-
niorem quod ortum Corintho fastidiendum quod mercatore genitum
erubescendum quod etiam exule Demorato patre. Ceterum tam pro-
spere conditionis sue eventum industriosum pro invidioso glori-
osum reddit. Dilatavit enim fines Rome populi cultum deorum
novis sacerdotibus auxit numerum senatus amplificavit equestrem
ordinem uberiorem reliquit queque laudum eius consumatio est
preclaris virtutibus effecit ne hec civitas penitenciam ageret quod rege
a finitimis potius mutuata esset quam de suis legisset

At tullio vero Servilio fortuna precipue vires suas ostendit
vernam huic urbi natum regem dando cui quidem diutissime
imperium obtinere quater lustrum condere ter triumphare con-
tigit ad summam autem unde processerit et quo pervenerit
statue ipsius titulus habunde testatur servili cognomine et re-
gia appellatione perplexus

Pro gradu Varro quoque ad consulatum e macellaria patris ta-
berna conscendit Eidem fortuna parum duxit sordidissime
mercis capturis solito duodecim fasces largiri nisi etiam
Emilium paulum dedisset collegam atque ita se in eius sinum
fudit ut cum apud Cannas culpa sua vires populi Romani ex-
hausisset paulum qui prelium committere nolebat occidi passa est
Illum in urbem incolumem reduceret quin etiam senatus gratias
ei agentem quod redire voluisset ante portas eduxit extulit
quod ut gravissime cladis auctori dictatura deferretur

Non parvus consulatus rubor M. perpenne utpote qui con-
sul antequam civis sed in bello gerendo utilior aliquanto reipublice
varrone imperator regem enim Aristonicum cepit Crassianeque
stragis punitor extitit cum interim cuius vita triumphavit
mors papia lege damnata est Nam patrem illius nihil ad se
pertinentia civis Romana vita complexum sabelli iudicio pe-
titum redire in pristinas sedes coegerunt Ita M. perpenne
nomen adumbratum falsi consulatus caliginis simile im-
perium caducum triumphus alienus in urbe peregrinatus est

M. vero porcii incrementa publice note expetenda
fuerunt qui nomen suum tusculi ignobile Rome nobilis-
simum reddidit ornata enim sunt ab eo litterarum latinarum
monumenta adiuta disciplina militaris aucta maie-
stas senatus propagata familia in qua maximum decus post-
ortus est Cato

Sed ut Romanis externa iungam Socrates non solum
hominum consensu verum etiam appollinis oraculo sapientissimus iudi-
catus phanarete matre obstitrice et Zophronisco patre

Marmorario genitus ad clarissimum glorie lumen excessit, neque immerito. Etiam cum clarissimorum virorum ingenia disputatione certa vagarentur, mensurasque solis ac lune et ceterorum siderum loquacibus magis quam certis argumentis explicare conarentur, totiusque eciam mundi ambitum complecti auderet, primus ab hiis indocte erroribus abductum animum suum in intima conditionis humane et in secessu pectoris repositos affectus scrutari coegit. Si virtus per seipsam extimetur, vite magister optimus.

Quam matrem Euripides aut quem patrem Demostenes habuit? Ipsorum quoque seculo ignotum fuit. Alterius autem matrem olera, alterius vero cultellos vendicasse omnium pene doctorum littere loquitur. Sed quid aut illius tragica aut huius oratoria vi clarius?

Expeditur duplicis promissi pars.

adopte illustrium virorum imaginibus reddenda. Quam quidem sunt recensendi qui abavorum splendore denigraverunt, deterrimis ignavie ac nequicie sordibus imbuti nobilia portenta. Eius enim nostro simulque superioris Affricani filius Scipio, qui in tanta domestica gloria ortus a parvulo ad modicum regis Anthiochi presidio capi sustinuit, cum ei voluntaria morte assumi sanctius fuerat quam inter duo fulgentissima cognomina patris et patrui, altero oppressa Affrica iam parto, altero maiore ex parte recuperata Asia surgere incipiente, manus vinciendas hosti tradere eiusque beneficio precarium officium obtinere, de quo mox Lucius Scipio speciosissimum deorum hominumque oculis subiecturus erat triumphum.

Idem pretura petitor candidatam togam adeo turpitudinis maculis obsolefactam in campum detulit, ut nisi gratia Cicerei, qui patris eius scriba fuerat, esset adiutus, honorem a populo impetraturus non videtur. Quamquam inquit interfuit utrum repulsam an sic ademptam preturam domum domum referret? Quam cum propinqui ab eo pollui animadverterent, id egerunt ne aut sellam ponere aut ius dicere auderet. Insuperque e manu eius anulum, in quo caput Affricani cultum erat, destraxerunt. Dii boni, quas tenebras e quo fulmine nasci passi estis.

De Quinti Fabii Maximi

Allobrogici et avis et imperatoris clarissimi filius Q. Fabius

Fabius maximus quam prodigam luxuria vitam egit Cuius
ut cetera flagitia obliterentur tamen habunde illo dedecore mo
res notari potuit quod ei Q. pompeius pretor urbanus pat
ris bonis interdixit neque in tanta civitate qui illud de
cretum reprehenderet inventus est Dolenter enim homines ferebant
pecuniam que fabie gentis splendori servire debebat fla
giciis dissipari Ergo quem nimia patris indulgencia fecit
heredem publica severitas exheredavit
Possidet favorem plebis clodius pulcher adhesusque fa
biane scole pugio militare decus muliebri stupro subiectus
habuit Cuius filius pulcher preterquam enervem et frigidam
iuventutem egit perdito etiam amore vulgatissime me
tricis infamis fuit mortemque erubescendo genere consumptus
est Avide enim abdomine devorato fede ac sordide in
temperancie spiritum dedit
Q. vero Hortensii qui in maximo ingeniorum
civium et amplissimorum proventu summum auctoritatis et elo
quencie gradum obtinuit Nepos hortensius corbio omni
scorto abiectiorem et obsceniorem vitam exegit ad ultimum
lingua eius libidini cunctorum inter lupanaria prostitit
quam avus pro salute civium in foro excubuerat
Animadverto in quam periculosum iter processerim Itaque
meipsum revocabo ne si reliqua eiusdem generis naufragia
consectari perseveravero aliqua inutili relatione implicer
Referam igitur pedem deformesque umbras in uno
gurgite turpitudinis sue paciar iacere Sancius enim est nar
rare qui illustres viri in cultu ceteroque ritu vite aliquid
ex parte novando sibi indulserint
Publius Scipio cum in Sicilia augendo traiciendoque
exercitum in affricam opportunum quereret gradum Cartha
ginis ruinam animo volveret inter consilia ac moliciones

tante rei operam gimnasio dedit palliogz et crepidis usus
est Nec ob hec segniores punicis exercitibus manus intulit
sed nescio an ideo alacriores, quia vegeta et strenua ingenia
quo plus recessus sumunt hoc vehementiores impetus edunt
Crediderim etiam favorem eum sociorum uberiorem se
ad epturum extimasse si victum eorum in solemnes exercita
tiones comprobasset ad quas tamen veniebat, cum multum
ac diu fatigasset humeros et cetera membra militari
agitatione firmitatem suam probare coegisset consi
stebatque in hiis labor eius in illis remissio laboris
Lucii Scipionis statuam clamidatam et crepi
datam in Capitolio cernimus quo habitu videlicet quia aliquando
usus erat effigiem suam formatam poni voluit
Sulla quoque Silla cum imperator esset clamidato sibi et
crepidato habitu neapoli ambulare deforme non duxit
Gaius autem duellius qui primus navalem triumphum
ex penis retulit quotienscumque epulaturus erat ad fu
nalem cereum precedente tibicine et fidicine a cena
domum reverti solitus est insignem bellice rei suc
cessum nocturna celebratione testando
Nam papirius quidam maso cum bene gesta re pub
lica triumphum a senatu non impetrasset in albano
monte triumphandi et ipse initium fecit et ceteris
postea se exemplum prebuit proque laurea corona cum alicui spe
taculo interesset mirtea usus est
Item C. marius pene insolens factus nam post iu
gurtinum Cimbricum et Theotonicum triumphum cantaro
semper potavit quia liber pater indicum ex asia deducens
triumphum hoc usus poculo ferebatur ut inter
ipsum haustum vini victorie eius suas victorias co
Marcus autem Cato pretor M. Scauri reum | probaret

ceterorum indicia nulla indutus tunica sed tamen non protexta a-
mictus egit Sed hec atque huius similia virtutis aliquid sibi
in consuetudine novanda licentie sumentis indicia fuit
Illis autem que deinceps subnectam quanta sui fiducia
habere quis soleat cognoscetur P et Gn Scipionibus
in hispaniam cum maiori parte exercitus acie punica
oppressis omnibusque provincie eius nationibus carthagi-
nensium amicitiam secutis nullo ducum nostrorum illuc ad
corrigendam rem proficisci audente Scipio quartum
et vigesimum agens annum iturum se pollicitus est qua quidem
fiducia populo Romano salutis ac victorie spem dedit
Idemque in ipsa hyspania usque est vad cum oppidum
Badiam circumsederet tribunal suum adeuntes in edemque
intra menia hostium erat vadimonium imperatore die
facere iussit continuoque urbe potitus et tempore et loco
quo predixerat sella posita ius eis dixit Nichil
hac fiducia generosius nil predictione verius cele-
ritate efficatius nichil dignitate dignius nec minus
aiosque minus prosper illius in affricam transitus in quam
ex Sicilia exercitum senatu vetante transduxit quia nisi plus
in ea re suoque patrum consilio conscriptorum credi-
disset secundi punici belli finis inventus non esset
Cui facto par illa fiducia quod postquam affricam attigit
speculatores anibalis in castris deprehensos ad se per-
ductos nec supplicio affecit nec de consiliis ac viribus pe-
norum percunctatus est sed circa omnes manipulos dili-
gentissime ducendos curavit interrogatosque an satis
ea considerassent que speculari missi erant prandio
dato ipsis iumentisque eorum incolumes dimisit quo tam
pleno fiducie spiritu prius animos hostium quam arma contudit

De fiducia sui

Etiam ut ad domestica eius fiducie acta veniam
Cum a L. Scipione ex antiocensi pecunia sestertiorum qua-
dragies ratio in curia reposceretur prolatum ab eo librum
quo accepte et expense summe continebantur refellique inimicorum
accusatio poterat discidit indignatus de ea re dubitari que
sub ipso legato ad ministrata fuerant quin etiam in hunc modum
egit Non reddo p. c. erario vestro sestertiorum quadragies
rationem alieni imperii minister quod meo ductu meisque au-
spiciis bis milies sestertio uberius feci Neque enim puto adhuc
eo malignitatis ventum ut de mea innocencia querendum sit
Nam cum affricam totam potestati vestre subiecerim nichil
ex ea quod meum diceretur preter cognomen retuli Non
me igitur punice non fratrem meum asiatice gaze a-
varum reddiderunt sed utrumque magis invidia magis quam
pecunia locupletior est Tam constantem defensionem
Scipionis universus senatus comprobavit Sic illud factum
quod cum necessarium rei publice usum pecuniam ex erario
promi oporteret neque questores quia lex obstare videretur
aperire non auderent privatus claves poposcit patefactoque
erario legem utilitati cedere coegit quam quidem ei fiduciam
consciencia illa dedit qua meminerat omnes leges alias
a se esse servatas
Non fatigabor eiusdem facta identidem referendo quoniam nec
ille quidem in consilii genere virtutis sedendo fatigatus est
Diem illi ad populum cum nevius tribunus plebis aut ut quidam
memorant duo petilii dixerat qui ingenti frequencia
in forum deductus rostra conscendit capitique suo corona
triumphali imposita hoc ego inquit quirites die Car-
thaginem magna spectantem leges vobis accipere iussi
Proinde equum est nos mecum ire in capitolium supplicatum
speciosissimam eius vocem clarus eventus secutus est

et senatu et vniuersum equestrem ordinem et cunctam
plebem Jouis obtimi maximi puluinaria petens com
tem habuit testabat ut tribunus apud pplm suu pplo
ageret destitusqz in foro cu magno calumie sue ludibrio
solus moraretur q deuitandi rubore tam in capitoliu p
cessit decqz accusatore Scipio venerator sitq est
Viti prius eius successor Scipio emilianus cu vrbe
preualidam obsideret swadentibus quibusdam ut circa me
nia eius ferreos muricas sparget omnaqz vada plumbeis
tabulis consterneret habentibus clauorum cacumina ne subita
eruptione hostes impetu facere possent respondit no
esse eiusdem et capere aliquos velle et timere Inquacuqz
memorabilium partem exemplorum conuertar velim nolim
ne in cognomine scipionum hereram necesse est Cum
enim liceat hoc loci nassicam preterire fidentis animi
dictiqz clarissimum auctorem
Annone caritate increbrescente C. Curiatius tribunus
plebis productos in contionem consules compellabat
ut de frumento emendo ad id negocium explicandum mittendos
legatos in curiam referrent Cuius instituti inminentibus
interpellandi gratia Nasica contrariam actionem ordiri
cepit obstrepente deinde plebe tacete queso quirites inquit
plus ei ego quam uos quid rei p expediat intelligo qua
voce audita omnes pleno veneracionis silentio maiorem
auctoritatis eius quam suorum elimentorum respectum egerunt
Liuius quoque salinator externe memorie auctoritate tradendus
animus qui cum Asdrubalem exercitumqz penorum in Vm
bria delesset et ei diceretur gallos ac liguros ex acie
sine ducibus et signis sparsos ac palantes paruam manum
opprimi posse respondit in hoc eis opportere parci ne hostibus

tante cladis domestica nuptys deessent
Illa hec prestantia a togata illa si non minus lauda
bilis quam P. furius philus consul in senatu exhibuit
Q. enim metellum Q. que pompeium consulares viros
vehementer inimicos suos cupidam sibi profectionem
in provinciam hyspaniam quam sortitus erat identidem
exprobrantes legatos secum illuc ire coegit fiducia non
solum fortem sed pene etiam temeritatem exhibens
que duobus acerrimis odys latera sua cingere ausa est
usumque ministery vix tantum in amicis eorum maiore parte
sustinuit
Verum factum si cui placet necesse est L. etiam Crassi
qui apud maiores eloquentia clarissimus fuit propositum
non displiceat Nam cum consul provinciam Galliam
obtineret atque in eam C. Carbo cuius patrem dampna
verat ad speculanda acta sua venisset non solum eum
inde summovit sed insuper locum ei in tribunali assignavit
nec ulla de re nisi eo in consilium adhibito recognovit
Itaque acer et vehemens Carbo nihil aliud gallica pe
regrinatione consecutus est quam ut animadverteret sontem patrem
suum ab integerrimo viro in exilium missum
Cato vero superior sepenumero ab inimicis ad cause dic
tionem vocatus nec ullo umquam crimine convictus ad
ultimum tantum fiducie in sua innocentia reposuit ut ab
hys in publicam questionem deductus tiberium Graccum
a quo administrationem rei publice multum odium dissi
debat iudicem deposceret quaque animi prestantia perti
naciam eorum insectandi se inhibuit
Ad M. Scauri fortuna eque senectus longa ac
robusta idem animus qui cum pro rostris accusaretur quod
a rege mitridate ob rem publicam prodendam pecuniam

accepisset causam suam ita egit Est enim inquid quirites ad
inter alios vixerim apud alios me rationem vite reddere
sed tamen audebo vos quorum maior pars honoribus et actis
meis interesse non potuit interrogare
Atque Servius Veronensis Emilium Scaurum regia mer-
cede corruptum imperium populi Romani prodidisse ait Emilius
Scaurus huic se affinem esse culpe negat Utri creditis Cuius
dicti ratione populus commotus Varium ab illa dementissima
actione pertinaci clamore detulit
Contra M antonius ille disertus non enim respuendo
sed amplectendo reum dictionem quam innocens esset testatus
est Questor proficiscens in asiam Brundisium iam
pervenerat ubi litteris certior incesti se postulatum apud
L Cassium pretorem cuius tribunal propter nimiam
severitatem scopulus reorum dicebatur cum id vitare bene-
ficio legis memmie liceret que eorum qui rei publice causa ab
essent recipi nomina vetabat in urbem tamen recurrit quo
tam pleno fiducie bono consilio tum absolutionem cele-
rem tum profectionem honestiorem consecutus est
Sunt et illa speciose fiducie publice exempla Nam
cum eo bello quod adversus pirrum gerebatur Cartha-
ginenses C et xxx navium classem in presidium Romanis
hostiam ultro misissent senatui placuit legatos ad
ducem eorum ire qui dicerent populum Romanum bella suscipere
solere que suo milite gerere possent proinde classem
carthaginem reducerent
Idem post aliquot annos cannensi clade exhauste
Romani imperii viribus supplementum in hyspaniam exercitum
mittere ausus fecit ne locus hostium castrorum tunc maxime
capenam portam armis hanibale pulsante prius

minoris veniret quod si illum parem non obtinent ita se gerere
in adversis rebus quid aliud est quam sevientem fortunam
in adiutorium sui pudoris vitam convertetur
Equo spacio dimissus est a senatu ad poetarum actum
transitus Ceterum ut ab eo decentius ad externa transeam
producatur in medium
Is Julio cesari amplissimo ac florentissimo viro
in collegium poetarum venienti numquam assurrexit non ma-
iestatis eius inmemor sed quia comparatione communium studiorum
aliquanto se esse superiorem confideret quapropter insolentie
crimine caruit quia voluminum non imaginum certamina exerce-
bantur Nec Euripides quidem athenis arrogans visus est
cum postulante populo ut ex tragedia quandam sententiam tolleret
progressus in scenam dixit se ut eum doceret non ut ab
eo disceret fabulas componere solere
Laudanda profecto fiducia est que extimationem sui
certo pondere examinat tantum sibi arrogans quantum
a contemptu et ab insolentia distare satis est Itaque
etiam quod alcestidi tragico poete reddit probabile
aput quem cum quereretur quod ab eo triduo non ultra
tres versus maximo impenso labore deducere potuisset
atque idem se centum perfacile scripsisse gloriaretur sed hoc
inquit interest quod tui in triduum tantummodo mei non in
omne tempus sufficient alterius enim fecundi cursus
scripta intra primas memorie metas corruerunt
alterius cunctante stilo elucubratum opus per omne
evi tempus plenis glorie velis feretur
Scenam etiam eiusdem ex Antigenidas tibicen
filio suo discipulo magni profectus sed parum feliciter
se populo approbante cunctis audientibus dixit michi
cane et musis quia videlicet perfecta ars fortune lenocinio
defecta iusta fiducia non exuitur quamque se scit laudem

mereri etiam si ab alijs non impetrat domestico tamen acceptam iudicio refert

Zeusis autem cum Elenam pinxisset quid de eo opere homines sensuri essent expectandum non putavit sed protinus ad hos versus adiecit verba greca adeo ne dextre sue multum pictor arrogavit ut ea tantum forme comprehensum crederet quantum aut Leda celesti partu edere aut homerus divino ~~impetu~~ ingenio exprimere potuit

Phidias quoque Homeri versus egregio dictu allusit simulacro enim Iovis olimpi perfecto quo nullum prestantius aut admirabilius humane fabricassent manus interrogatus ab amico quonam mentem suam dirigens vultum Iovis propemodum ex ipso celo petitum eboris lineamentis esset amplexus illis se versibus quasi magistro usum respondit verba greca

Non patitur me tenuioribus exemplis diutius insistere fortissimi duces et sic Epaminundas cum ei cives irati sternendarum in opido viarum contumelie causa curam mandarent erat enim illud ministerium apud eos sordidissimum sine ulla cunctatione id recepit daturumque operam se ut brevi speciosissimum fieret asseveravit mirifica deinde procuratione abiectissimum negotium pro amplissimo ornamento expetendum Thebis reddidit

Hanibal vero cum apud Regem Prusiam exularet auctorque committendi prelij esset atque idem non sibi sed extis portendi diceret An tu inquit vituline carunculae quam imperatori veteri mavis credere si verba numeres breviter et abscise si sensum estimes copiose et valenter Hyspanias enim dereptas populo Romano et Gallorum et Ligurie vires in suam redactas potestatem et novo transitu alpium iuga patefacta et Trasimenum lacum dira inscriptum memoria et Cannas

punice victorie clarissimum monimentum et capuam possessam
et italiam laceratam ante pedes hominis effudit / vnique
hostie iacturam longo experimento testata gloriam suam
postponi equo animo non tulit et sane quod exploranda
bellica sacrificia extimando sibi militares ducis attinebat
omnis etatis victime matre ipso iudice petitus hanibal

Atque gnosii spiritus illudque dictum / regnasset
Codri ut enim ab atheniensibus civitatem sibi datam
cognovit et ego inquit illis mee gentis ius dabo eque
atheniensis traciam vicissitudine talis beneficii imparem
se iudicando humiliusque de stirpe sua sentire extimaretur

Nobiliter etiam vterque spartanus et qui maxime patria ac...
cum in aciem claudus descenderet pugnare non sibi fuge
propositum esse respondit qui referente quodam sagittis persarum
solem obscurari solere bene narras inquit umbra
enim melius preliamur

Eiusdem vir urbis atque animi hospiti suo patrie muros
excelsos latosque ostendenti dixit si mulieribus istos cum
paratis recte si viris turpiter

De Constancia

Peractum etiam et diversum bone fiducie pectus in e-
menso quasi debitum opus superest constancie rep-
sentatione Certa enim sic comparatum est ut quisquis se
aliquid ordine ac recta mente completum confidit
vel iam gestum si obtrectatur equitatem tueatur vel
nondum editum si impellitur sine ulla cunctatione
ad effectum perducat Sed dum exacte huius proposite rei
prosequar latius inutili cunctacioni ante oculos se
fulvii flacci constancia offert

Capuam fallacibus hanibalis promissis italie
regnum nepharia defectione pacisci persuasus armis
occupauerat tam deinde culpe hostium mercedem extimato

q̄ speciosus victor capuam senatu imperii decreti auctorem
funditus delere constituit itaq̄ calenis omissis in duas
custodias Teanam Celanamq̄ dimisit consilium execu
turus cum ea pegisset que ad ministrandam celeriorem esse
necessitas videbatur Rumore aut de senatus mitiore se-
tentia orto ne debitam penam scelerati effugerent no-
cte admisso equo theanum contendit interfectisq̄ qui
ibi asseruabantur e vestigio celenam transgressus perseue-
rantie sue opus executus et iam deligatis ad palum
hostibus litteras a patribus conscripte nequicq̄ salutares
campanas accepit in sinistra ei eius manu sicut erat
tradite reposuit ac iusso lictore legem agere tum demum
aperuit. Postquam illis obtemperari non poterat qua
constantia victorieq̄ gloriam antecellit / q̄ si eum inter
seipsum partita laude extimes / maiorem punita capua q̄
capta reperies
Nec ista quidem seueritate illa vero
pietate admirabilis constantia quia Q. fabius ma
ximus infatigabilem prestitit pecuniam pro captiuis
hanibali innumerauerat fraudatus ea publice tacuit
Dictatori etiam magistrum equitum minutium iure imperii
senatus equauerat silentium egit pluribus preterea iniuriis
lacessitus in eodem animi habitu mansit nec umquam
sibi tamen permisit irasci tam perseuerans in adeo
Quid in gerendo bello nonne par constantia imperium
Cannensi prelio pene dissipatum vix sufficere ad exercitus
comparandos videbatur Itaq̄ frustrari et eludere penorum
impetus / q̄ manum cum his confligere consertere melius
ratus pluribus comminationibus hanibalis irritatus
sepe etiam spe benegerende rei oblata numq̄ a consilii
salubritate ne paruiquidem certaminis discrimine excessit

quodque est difficillimum ubique vita ac spe superior apparuit
Ergo ut Scipio pugnando ita hic non dimicando maxime
civitati nostre succurrisse visus est Alter enim celeritate sua car-
thaginem oppressit alter cunctatione sua id egit ne roma
Cuium etiam pisonem mirifice et // opprimi posset
constanter turbulento rei publice statu egisse consulem nar-
ratione in sequenti patebit M. pellicani seditiosissimi
hominis pestiferis blandimentis preceptus populi favor
consularibus comiciis summum dedecus admittere conabatur
amplissimum ei deferre imperium cupiens cui teterrimis
actis exquisitum potius supplicium quam ullus honos debebatur
Nec deerat consternate multitudini furialis fax tribu-
nicia que temeritatem eius et ruentem comitaretur
et languentem actionibus suis inflammaret In hoc
miserando pariter atque erubescendo statu civitatis tum maxime
manibus tribunorum procustris piso collocatus cum hic
atque hinc eum ambissent et an pellicanum suffragiis populi
consulem creatum renunciaturus esset interrogaretur primo
populo respondit non existimare se tantis tenebris effusam
esse rem publicam ut huic dignitati veniretur Deinde cum
perseverantes instarent ac dicerent age si ventum fuerit non
renunciabo inquit Quo quidem tam absciso responso con-
sulatum pellicano prius quam illum adipisceretur eripuit
Multa et terribilia piso contempsit dum speciosum mentis
sue flecti non vult rigorem
Metellus autem numidicus propter consimilem perseverantie gravitatem
excepit quoque indignam maiestati ac moribus suis pro-
cellam Cum enim animadverteret quo tenderent Saturnini
tribuni plebis funesti conatus quantoque malo rei publice
nisi his occurreretur erupturi essent in exilium quam in legem
eius iurare maluit Potest aliquis hoc viro dici constantior

qui ne sententia sua pelleretur patria in qua summum dignitatis
gradum obtinebat carere substinuit
Ceterum ut neminem ei praetulerim ita C. Scevolam
augurem merito comparaverim depulsis prostratisque in-
imicorum partibus Silla occupata urbe senatum armatus coge-
bat ac summa cupiditate ferebatur ut C. Marius quam ce-
lerrime hostis iudicaretur cuius voluntati obviam ire nullo
audente solus Scevola de hac re interrogatus sententiam
dicere noluit quin etiam truculentius sibi instanti Sille
licet inquit michi agmina militum quibus curiam circumsedisti
ostentes licet mortem minimteris numquam tamen efficies ut
propter exiguum senilemque sanguinem meum Marium a quo
urbs et Italia conservata est hostem iudicem
Quid femine cum contione si mos servetur nihil sed ubi
domestica quies seditionum agitata fluctibus est prisce
consuetudinis auctoritas convellitur plusque valet quod
violentia cogit quam quod suadet et praecipit verecundia
Itaque Sempronia C. et T. Graccorum soror uxor Sci-
pionis Emiliani non ut absurde gravissimis virorum
operibus inserens maligna relatione comprehendam sed
quia a tribuno plebeio producta ad populum in maxima
confusione nihil a tuorum amplitudine degenerasti
honorata memoria prosequar Coacta es eo loci con-
sistere ubi principum civitatis perturbari frons solebat
instabat tibi torvo vultu minas profundens amplis-
sima potestas ad clamore imperite multitudinis obstrepens
totum forum acerrimo studio nitebatur ut Equitio
qui Sempronie gente falsum ius querebat tamquam filio Ti-
berii fratris tui osculum dares Tu tamen illum nescio
quibus tenebris prostratum ut portentum execrabili au-
dacia ad sperandam alienam propinquitatem tendentem repulisti

On indignabitur lux nostre urbis si inter eorum eximium fulgorem centurionis quoque virtus spectanda se obtulerit nam ut humilitas amplitudinem venerari debet ita nobilitate fovenda magis quam spernanda bone indolis novitas est
Ut abicii debet totus ab hoc exemplorum contextu qui pro cesaris partibus excubans Scapionis presidio interceptus cum uno modo salus ab eo daretur si se futurum Gn. Pompeii generi ipsius militem affirmaret ita respondit non dubitanter tibi quidem gracias ago Scipio michi uti ista condicione vite non est opus sine ullis ymaginibus nobilem animum fecit
Idem constancie propositum secutus Mevius centurio divi augusti cum anthoniano bello sepenumero excellentes pugnas edidisset improvisis hostium insidiis circumventus et ad anthonium alexandriam perductus interrogatusque quidnam de eo statui deberet iugulari me inquit iubeas quia non salutis beneficio neque mortis supplicio adduci possum ut aut Cezaris miles desinam aut tuus esse incipiam Ceterum quo constancius vitam contempsit eo facilius impetravit Antonius enim virtuti eius incolumitatem
Complura huiusce note exempla Romana supersunt sed satietas modo vitanda est Itaque stilum meum ad externa iam delabi permittam quorum principatum teneat Blaxius tum constancia in lib. pertinacis Salapiam enim patriam suam presidio punico occupatam romanis cupiens restituere Dasium acerrimo studio secum in administratione rei publice dissidentem et alioquin toto animo hanibalis amicicie vacantem sine quo propositum consilium peragi non poterat ad idem opus aggrediendum maiore cupiditate quam spe certiore temptare ausus est Qui protinus sermonem eius adiectis que et ipsum commendatiorem et inimicum invisiorem factura videbatur hanibali retulit a quo ad eum missi sunt

vt alter eorum probaret alter deffenderet Ceterum pro tribu
nali cum res gereretur et questioni illi omnium oculi essent
intenti dum aliud forte interioris cure negotium tracta-
batur blasius vultu dissimulante ac uoce submissa mo
uere Dasium cepit ut romanorum potius quam cartaginen
sium partes foueret ei vero tunc ille proclamat se contra patriam
Duces aduersus eum sollicitari quod quia et incredibile extima-
batur et ad vnius tantum aures penetrauerat et iactabatur
ab inimico ueritatis fide caruit Sed non multo post blasius
mira constantia Dasium ad se traxit Marcelloque
ad Salapiam et quingentos numidas qui in ea cu
stodie causa erant tradidit
Phocion vero cum athenienses rem aliter quam ipse
suaserat prospere administrassent adeo perseue-
ranter sententie sue propugnator extitit ut in contione letari
quidem se successu eorum sed consilium tamen suum aliquanto melius
diceret non enim damnabat quod recte uiderat quia quod alius
male consuluerat bene gesserat felicius istud extimans
non sapientius plerumque enim temeritatem casus iuuat
vbi vero consilio opus asperitat et quo vehementius
noceat desperatum prodest placidi et misericordes et
liberales omnique suauitate temperati mores phocionis quem
optime profecto consensus omnium bonitate cognomine
decorandum censuit Itaque constantia que natura rigidior
videbatur leni et mansueto pectore fluxit
Socrates autem virilitatis robore palliatum animum ali
quanto perfectius perseuerantie exemplum edidit Vniuersa ciuitas
atheniensium iniquissimo ac truculentissimo errore
instincta de capite decem pretorum qui apud arginusas
lacedemoniam classem deleuerat tristem sententiam tulerat
forte tunc eius potestatis socrates cuius arbitrio plebiscita

ordinatentur indignum indicans tot et tam benemeritos
etiam indigna ca et impetu iniquo attipi temeritati
multitudinis constantiam suam obiecit maximoque co
tionis fragore et incitatissimis minis compulsus non
est ut se publice dementie autorem ascriberet que op
posita eius legittima trassi uia prohibita iniusto pto re
cruore manus suas contaminate perseueraret nec timuit
Socrates ne consternate patrie undecimus furor
mortis ipsius existeret

Proximum et si non eiusdem splendoris est tamen certum
constantie habita potest experimentum efficacis ope forensis
fidei non latentis atheniensis alcibiades accusare publice
iussus et inter ceteros demostrati nomen deferre co
actus est cuius filius erat demosthates excellentis forme
puer cuius eius flagrantissimo inherens amore itaque cois
officii sorte truculentus accusator priuati affectus con
ditione miserabilis reus puerum ad se exorandum quo
partium patris crinibus insisteret uenientem neque repellere
supplicem genibus suis aduolutum neque intueri substi
tinuit sed operto capite flens et gemens preces exprimere passus
est nichilominusque sincera fide accusatum demostratum
dampnauit victoriam nescio laude an tormento ma
iorem partem consecutus quam priusquam sontem opp
meret seipsum vicit aphialates Quem superaccusamus
diuersitate exempli pregrauet qui quibusdam mo
uentibus ut a diuersis Eruclidem et Caliphum quorum
fide plurimum credebat tamquam insidias ei nectantes
cautior esset reddit se uita malle excedere quam in metu
violente mortis amicos inicos iuxta ponere

Quod sequitur et rei ipsius admiratione et claritate
auctoritatis illustre Alexander macedonum rex inclita
iam pugna excellentissimis opibus darii contusis

estu et itineris feruore in cilicia perusta Cigno q
aque liquore conspicuus Tarson influit corpus suum
immersit subito deinde et nimio haustu rigoris obstupefactis
neruis ac torpore hebetatis artubus maxima ad exa-
nimatione totius exercitus in oppidum castris differtur Ia-
cebat aeger Tarsi inque valitudine eiusque aduersa in-
stantis victorie spes fluctuabat Itaque conuocati medici
attentissimo consilio salutis remedia circumspiciebant que
cum ad vnam potionem firmam direxissent atque eam
philippus medicus suis manibus temperatam alexandro
Erat autem ipsius amicus et comes porrexisset a parmeone
misse littere superuenerunt admonentes ut rex insidias phi-
lippi proinde ac pecunia corrupti a dario caueret quas
cum legisset sine vlla cunctatione medicamentum hausit
atque tunc legendas philippo tradidit pro quo tam con-
stanti erga amicum iudicio dignissimam a dijs immortalibus
mercedem recepit qui incolumitatis eius presidium falso
interpellari iudicio noluerunt De moderacione animi Liber quartus

Transgrediar ad saluberrimam partem animi modera-
tionem que mentes vras impotentie temeritate
incursu transuersas ferri non patitur quo euenit vt
reprehensione morsu sit vacua et laude questu sit o-
pulentissima Itaque effectus suos in claris viris reco-
gnoscat atque ut ab incunabulis summi honoris incipiam
Publius valerius qui populi maiestatem venerando
publicole nomen assecutus est cum exactis regibus imperii
eorum vim vniuersam omniaque insignia sub titulo
consulatus est in se translata cerneret inuidiosum ma-
iestatis fastigium moderatione sua ad tollerabilem
habitum duxit fasces securibus vacue faciendo et in

contione populi summittendo numerum etiam eorum dimidia ex
parte minuit ultro Spurio Lucretio collega assumpto ad
quem quia maior natu erat priores fasces transferri iussit
legem etiam comitiis centuriatis tulit ne quis magistratus
civem Romanum adversus provocationem verberare
aut necare vellet Itaque quo civitatis condicio liberior
esset imperium suum paulatim destruxit Quid quod edes suas
diruit quia excelsiore loco posite instar arcis habere vide-
bantur Nonne quantum domo inferior tantum gloria superior
Vix iuvat re a Publicola sed venire ad // evasit
Furium Camillum libet cuius tam moderatus ex maximo
ignominia ad summum imperium transitus fuit ut cum ad presidium
eius cives capta urbe a Gallis Ardee exulantem pe-
tissent non prius Veios ad accipiendum exercitum veniret
quam de dictatura sua omnia sollempni iure acta comperisset
Magnificus Camilli Veientanus triumphus egregia
Gallica victoria sed ista cunctatio longe admirabilior
multo enim multoque se ipsum quam hostem superare ~~ops~~
oposius
fuit ne adversa properata festinatione fugientem nec
secunda effuso gaudio apprehendentem
Par Furio moderatione Marcius Rutilius Censorinus iterum
enim censor creatus ad contionem populum convocatum
quam potuit gravissima oratione corripuit quod eam po-
testatem bis sibi detulisset cuius maiores quia nimis
magna videretur tempus coartandum iudicassent Uterque
recte et Censorinus et populus alter enim ut moderate
honores crederent precepit alter se moderato credidit
Quintius Cincinnatus qualem consulem gessit
cum honorem eius patres conscripti continuare vellet non solum
propter eius egregia opera sed etiam quod populus eosdem tribu-
nos in proximum annum creare conabatur quorum venturum

iure fieri poterat utrumque discussit simul studium inhibendo
et tribunos verecundie sue exemplum sequi cogendo atque uni=
causa fuit ut amplissimus ordo populusque tutus esset ab in=
iusti facti reprehensione

f Fabius vero maximus cum a se quinquies et a patre et a
proavo maioribusque suis sepenumero consulatum gestum
animadverteret comiciis quibus filius eius summo consensu
consul creabatur quam potuit constanter cum populo egit ut
aliquam vacationem huius honoris daret non quod virtutibus
filii diffideret Erat enim illustris sed ne maximum imperium
in una familia continuaretur Quid hac moderatione
efficacius aut valentius que etiam patrios affectus quamquam po=
tentissimi habentur superavit

Non defuit maioribus nostris grata mens ad prima
superiori affricano exsolvenda siquidem maxima eius merita
paribus ornamentis decorare conati sunt voluerunt
illi statuas in comicio in rostris in curia ipsa denique
Jovis maximi optimi cella ponere voluerunt imaginem
eius triumphali ornatu indutam capitolinis pul=
vinaribus applicare voluerunt ei continuum per omnes vite an=
nos consulatum perpetuamque dictaturam tribuere quorum
nullum sibi neque plebiscito dari gessit quantum egerat

Eodem robore mentis etiam hannibalis in mende
in senatu protexit cum eum cives sui legatis missis tamquam
sediciones apud eos violentem accusarent adiecitque
non oportere patres C. se. re. p. Carthaginensium impo=
nere altissimaque moderatione alterius saluti consuluit
et alterius dignitati victoria tenus inimicissimum hostem
egisse contentus

At M. Marcellus qui primus et hannibalem vinci
et Syracusas posse capi docuit Cum in consulatu
eius Siculi de eo questum in urbem venissent

Nec senatus ulla de re habuit quia collega Valerius Levinus
forte aberat ne odio Siculi inquirendo timidiores essent
et ut is rediit ultro de hiis admittendis retulit querentesque
de se patienter substinuit missos etiam a Levinio discedere
remanere et sue defensioni interesset coegit ac deinde utraque
parte porta excedentes in curia subsecutus est quo liberius
senatus sententiam ferret Improbatisque eorum querelis suppli-
ces et orantes ut ab eo in clientelam reciperentur clementer
excepit super hoc Siciliam sortitus cum provincia collegae
cessit totiens laudatio Marcelli narrari non potest quotiens
ipse novis generibus moderationis adversus socios usus est
Quantus etiam Ti. Graccus admirabilem se exhibuit
Tum enim cum ex professo inimicitias cum Affricano et
Asiatico Scipionibus gereret et Asiaticus iudicate pe-
cunie satisdare non posset atque ideo a consulibus vin-
cula publica duci iussus est appellassetque collegium
tribunorum nullo volente intercedere secessit a collegis de-
cretumque composuit nec quisquam edubitat quin eo scri-
irati hoste adversus Asiaticum verbis usurus esset at
is primum iuravit se cum Scipionibus in gratiam non
redisse deinde tale decretum recitavit
Cum L. Cornelius Scipio die triumphi sui ante
currum actos hostium duces in carcerem coniecerit indignum
et alienum maiestate rei publice videri eundem ipsum duci
dixit Itaque id passurum non fieri libenter tulit opinionem
suam populus et a Gracco receptam cognovit mode-
rationemque eius debita laude prosecutus est
Cuiusque Claudius vero inter cetera praecipue moderationis
exempla moderandus est Livius Salinator in Asdrubale
opprimendo glorie particeps fuerat tamen cum triumphante
equo sequi quam triumpho quem ei senatus eque decre-
verat maluit uti quia res in provincia Salinatoris

gesta fuerat sine curru triumphavit eo quidem clarior quam illa
victoria tamen laudabatur hinc etiam moderatio
Et affricanus quidem posterior nos de se tacere patitur
qui censor cum lustrum conderet inque solito sacrificio scriba
ex publicis tabulis solenne ei precationis carmen preiret
quo dii immortales ut populi romani res meliores ampliores
que facerent rogabantur satis inquit bone magneque sunt
itaque precor ut eas perpetuo incolumes servent ac protinus in
publicis tabulis ad hunc modum carmen emandari iussit
qua votorum verecundia deinceps censores in condendis
lustris usi sunt prudenter enim sensit tunc incrementum Ro-
mano imperio petendum fuisse cum inter septimum lapidem tri
umphi querebantur maiorem autem totius terrarum orbis
partem possidenti ut avidum esse quicquam ultra appetere
ita habunde felix si nihil ex eo quod obtinebat amitteret
Neque alia in eius censura moderatio pro tribunali appa
ruit centurias recognoscens equitum postquam C. licinium
sacerdotem citatum processisse animadvertit dixit se scire
illum verbis conceptis peierasse proinde si quis
eum accusare vellet usurum testimonio suo sed nullo ad id
negotium accedente traduc inquit equum sacerdos ac
lucrefac censoriam notam ne ego in tua persona et accusa
toris et testis et iudicis partes egisse videar
Quod animi temperamentum etiam in Q. Scevola excellentissimo
viro annotatum est testis namque in reum productus cum id re
spondisset quod salutem periclitantis magnopere lesurum vi
debatur discedens adiecit ita sibi credi oportere si
et alii idem asseverassent quoniam unius testimonio aliquem
credere pessimi esset exempli et religioni igitur sue debi
tam fidem et communi utilitati salubre consilium reddidit
Sentio quos cives que ne fit adeo at dicta quam augusto

ambitu orationis amplectar sed quia magna et multa breviter
dicenda sunt claritate excellentibus infinitis personis rebusque
diffusis utrumque prestare nequeo. Propositi igitur mei ratio
non laudanda sibi omnia sed recordanda sumpsit. Quapropter bo-
norum vero duo Metelli Macedonicus et Numidicus maxime
patrie ornamenta structim se narrari patientur.
Certamine cum Scipione Affricano Macedonicus dissen-
serat eorumque ab emulatione virtutis profecta contentio ad
graves testatasque inimicicias progressa fuerat sed tamen cum
interemptum Scipionem conclamari audisset in publicum
se proripuit mestoque vultu et voce confusa concurrite con-
currite inquit cives menia nostre urbis eversa sunt Sci-
pioni enim Affricano inter suos penates quiescenti vis
illata est. O rem publicam pariter Affricani morte miseram et
Macedonici tam humana tamque civili lamentatione felicem
eodem enim tempore et quantum amisisset principem et qualem haberet
Idem filios suos monuit ut funebri // cognovit
eius lecto humeros subicerent atque huic exequiarum illum ho-
norem vocis adiecit non fore ut postea id officium
ab aliis maiori viro prestari posset. Ubi illa tot in curia
iurgia ubi tam multe pro rostris altercationes ubi
maximorum civium et ducum tantorum togata prelia omnia
nimirum ista precipua veneratione prosequenda delevit moderatio.
Numidicus autem Metellus populari factione patria pulsus
in Asiam secessit in qua cum ei forte ludos Trallibus spectanti
littere reddite essent quibus scriptum erat Senatus et populi consensu
reditum illi datum in urbem non e theatro prius abiit quam
spectaculum ederetur nec leticiam suam proxime sedentibus
ulla ex parte patefecit sed summum gaudium intra se continuit
eundem constat pari vultu et exulem fuisse et restitutum

adeo moderationis beneficio medius semper inter
secundas res et adversas animi firmitate versatus est.
Et familiis in uno genere laudis enumeratis Porciam

nomen velut expers huiusce glorie silencio preteriundum se ne-
gat fieri debere posterior Cato non Cyprio sue moderationis
fisque iudicio expertam pecuniam maxima diligencia
et sanctitate in urbem deportaverat cuius ministerii gratia
senatus relationem interponi videbat ut pretoris comitiis
extra ordinem racio eius haberetur Sed ipse id fieri passus
non est nequid esse affirmans quod nulli tribueretur sibi
decerni at ne quid in persona sua novaret campestre
experiri temeritatem quam curie beneficio uti sanctius esse dixit

Externa iam michi exempla transire conanti in Babullo
viri amplissime dignitatis et summis honoribus functi
animum mittit qui adhuc in Siria provincia moraretur duos e-
gregie indolis filios Gabinianis militibus egipti occisos
cognomit quorum interfectores ad eum vinctos regina
Cleopatra misit ut gravissime cladis ultionem arbitrio
suo exigeret At ille oblato beneficio quo maius nullum
lugenti tribui poterat dolorem moderationi cedere
coegit carnificesque sanguinis sui intactos vestigio ad
Cleopatram reduci iussit dicendo potestatem huius vin-
dicte non suam sed senatus esse debere

Archita



Tarentinus Archytas dum se Pitagore preceptis Me-
taponte penitus imergit magno labore multoque tempore so-
lidum opus doctrine complexus postquam in patriam reverti
ac rura sua revisere cepit animadvertit neglegencia vil-
lici corrupta et perdita intuensque male meritum sum-
sissem inquit a te supplicium nisi tibi iratus essem ma-
luit enim impunitum dimittere quam propter iram iusto gravius punire

Huius liberalis Archyte moderatio temperantior Plato-
nam cum adversus delictum servi vehemencius exarsisset
veritus ne ipse modum despicere non posset par Speusippo
amico castigationis arbitrium mandavit deforme enim
futurum existimans si commisisset ut pariter reprehensionem culpa servi

et circumducto p[er]l[o]nis mereretur

Vo[s] n[on]q[ue] miror q[uod] in Xenocrate discipulo suo tam constanter moderatus fuit audierat eum de se multa impie locutum sine ulla cunctatione criminationem respuit instabat torvo vultu indicium querens cur sibi fides non haberetur adiecit non esse credibile ut quem tantopere caret ab eo invicem non diligetur postremo cum ad iusiurandum inimicitias asserentis malignitas confugisset ne de periurio eius disputaret affirmavit numquam Xenocratem illa dicturum fuisse nisi ea dicta expedire sibi iudicasset non in corpore mortali sed in arce celesti et quidem armatum animum eius statione vite putes pegisse humanorum viciorum incursus a se et victa pugna repellentem cunctosque virtutis munitos altitudinis sue sinu

Et quamquam platonis litterarum commendatione clausos custodiente tam par Siracusanus sed quod ad prestandum moderationem attinuit vehementior exempli pena pulsus a dionisio tiranno megaras petierat ubi ad Theodorum principem eius urbis domum convenire vellet neque admitteretur diuque multum ante fores retentus comiti suo pacienter hoc ferendum est ait ut enim forsitan et nos cum in gradu dignitatis mee essemus aliquid simile fecimus qua tranquillitate consilii ipse sibi conditionem exilii placidiorem reddidit

Transsibulus etiam hoc loco apprehendendus est qui populum athenensem xxx tirannorum sevicia sedes suas relinquere coactum dispersam et vagam vitam miserabiliter exigentem civis pariter ac armis confirmatum in patriam reduxit insignem deinde restitutionem et libertatis victoriam clariorem aliquanto moderationis laude fecit plebis enim scitum imposuit ne qua preteritarum rerum mentio fieret hec oblivio quam athenienses amnestiam vocant concussum et labentem civitatis statum in pristinum habitum revocavit etc.

Non minoris admirationis illud Statippus thegeates orantibus
amicis ut gravem in administratione rei publice emulum sed ali-
oquin probum et ornatum virum qualibet ratione vel tolleret
vel summoveret negavit se facturum ne que in tutela patrie
boni civis locum obtineret mali et improbi occuparet se-
que potius vehementi adversario urgeri quam patriam egregio
advocato carere preoptavit

Pittaci quoque moderatione pectus instructum qui Alceum po-
etam et amaritudine odii et viribus ingenii adversus se
pertinacissime usum tirannidem a civibus deletam adeptus
tantummodo quid in opprimendo posset admonuit

Cuius viri mentio subiciat ut de septem sapientum mode- De mensa delphica
ratione referam a piscatoribus in Milesia regione ve-
riculum trahentibus quidam iactum emeret extracta deinde
magni ponderis aurea delphica mensa orta controversia
est illis se piscium capturam vendidisse affirmantibus hoc
fortune ductu emisse dicente qua conditione propter novi-
tatem rei et magnitudinem pecunie ad universum civi-
tatis populum delata placuit Appollinem delphicum consuli cui-
nam adiudicari mensa deberet deus respondit illi esse danda qui
sapientia ceteros prestaret his verbis

Tum illi Milesio Taleti mensam dederunt ille cessit ea
Bianti Bias Pictaco is protinus alii deincepsque per omnium vii
sapientum orbem ad ultimum ad Solonem pervenit qui
et titulum amplissime prudentie et premium ad ipsum A-
pollinem transtulit

Atque ut Theopompo quoque Spartanorum regi testimonium
moderationis reddamus qui cum primus instituisset ut effori
Lacedemone crearentur ita futuri regie potestati opposita quem-
admodum Rome consulari imperio tribuni plebis sunt ob-
iecti atque illi uxor cum dixisset id egisse illum ut filiis
minorem potestatem relinqueret relinquam inquit sed
diuturniorem optime quidem ea enim demum tuta est po-
tentia que viribus suis modum imponit igitur Teopompus
regnum legittimis vinculis constringendo quo longius

a licentia traxit hoc ad beniuolenciam tuum pprius admon
Nthiocus aut a l. Scipione ultra thaurum montez
impy finib, sumotq cum asiam prouinciam uicinasqz
ei gentes admisisset gras agere pplo ro non dissimula
tulit qz nimis magna procuratione modicis regni tib
uteretur et sane nichil est tam pclar aut tam magnifi
qd moderatione nō tempari desider. Ca 4 Ex inimicis iucti s[?]
Ve qm multe et claris autorib, illustrata est trans
grediam ad egregium huam animi affctus que ob odio
ad grāz defferim eqmd leto stilo prosequmur Na sicut
placidum mare ex aspo celumqz ex nubilo serenū illari
aspctu sentitur sic bellum pace mutatum plurimm gaudy
affert offensarum etiam acerbitas deposita candida re
latione celebranda est
Marcus emilius lepidus bis consul et pontifex maximus
splendoreqz honore par uite grauitate diutinas ac ve
hementes inimicicias cū fuluio flacco eiusdē amplitudi
nis uiro gessit quas ut simul censores creati sūt in campo
deposuit existimās nō oporte eos puate inimicos dis
sidere qui pub ce summa iuncti eent ptate id iudiciū
aī eius pnis etas comprobauit et nobis veteres a
naliū scriptores laudandū tradiderunt
Et ti liuius qz salinatore sinendare inimiciare finē tm
illustre consiliū ignotū poteritati ee noluerunt hyps
nacqz et si neronis odio ardens in exiliū pfectus fu
erat testimonio eius prope afflictus pqqz eum inde
reuocatum ciues collegam illi in consulatu dederunt
et ingenii sui qd erat acerrimū et iniurie quia gra
uissime acceperat obliuisci impat ne si dissidente aīo
consortiū impy usurpare uoluisset ptinacem exhibedo
inimicū malū consulem ageret quecqz mete ad tranqlli
orem habitū inclinatio in aspero ac difficili tpm
articulo plurimū salutē urbi atz ytalie detulit qz pari
uirtute ispetu connixi terribiles punicas vires contuderunt

larum etiam in affricano superiore ac tiberio Graccho
depositarum exemplum siquidem ad cuius mense sacra
odio dissidentes venerant ab ea et amicicia et affinitate
iuncti discesserunt non contentus enim Scipio auctore sena
tu in capitolio iouis epulo cum Graccho concordiam co
niunxisse filiamque ei corneliam protinus ibi despondit
Sed huiusce generis humanitas etiam in marco cicerone
precipue apparuit Aulum namque Gabinium repetundarum reum
summo studio defendit qui eum in consulatu suo urbe expu
lerat Itemque P. Vatinium dignitati sue semper infestum
duobus publicis iudicijs tutatus est ut sine ullo crimine
lenitate ita ad aliqua laude quia speciosius aliquanto iniu
rie beneficio vincitur quam mutui odij pertinacia pensatur
Ciceronis autem factum adeo visum est probabile ut
imitari to ne inimicissimus quidem illi P. pulcer du
bitauerit qui incesti crimine a tribus lentulis accusatus
uni et huius ambitus reum patrocinio suo protexit
atque animum induxit et iudicem et pretorem et celestem
edem intuens amicum lentulo agere inique ille
salutem eius fede crimine obruere cupiens hostili voce protegit
Caninius autem Gallus reum pariter atque accusatorem
admirabilem egit et C. Antonij quem damnauerat
filiam in matrimonium ducendo et M. colonium a quo
dampnatus fuerat rerum suarum procuratorem habendo
Celij vero ruffi ut vita inquinata ita misericordia qua
Q. pompeio prestitit probanda cui a se publica
questione prostrato cum mater cornelia fidei commissa
predia redderet atque ipse auxilium suum litteris implorasset
pertinacissime absenti affuit recitauit etiam eius epistolas
iudicio ultime necessitatis indicem qua impiam
Cornelie auariciam subuertit factum propter eximiam
humanitatem ne sub celio quidem auctore repudiandum

De abstinencia et continencia c. 3

Magna cura precipuoque
studio referendum est quantopere libidinis et auaricie furori

similes impetus ab illustrium virorum pectoribus consilio ac ratione summoti sunt quia hii demum penates et civitas et regnum eterno in gradu facile steterit ubi minimum virium veneris pecunieque cupido sibi vendicaverit Nam quo iste generis humani certissime pestes penetrarunt iniuria dominatur infamia flagrat quibus relictis contrarios hiis tam diversis vitiis mores commemoremus

Quartum et vigesimum annum agens Scipio cum in Hispania Carthagine oppressa maioris Carthaginis capiende sumpsisset auspicia multosque obsides quos in ea urbe Peni clausos habuerunt in suam potestatem redegisset eximie inter eos forme virginem etatis adulte et iuvenis et celebs et victor postquam comperit illustri loco inter Celtiberos natam nobilissimeque gentis eius Indibili desponsatam accersitis parentibus et sponso inviolatam tradidit aurumque quod pro redemptione puelle oblatum erat summe doti adiecit qua continentia ac munificentia Indibilis obligatus Celtiberorum animos Romanis applicando meritis eius gratiam retulit

Verum ut huius viri abstinentie teste Hispania ita M. Catonis Epiros Achaya Cyclades insule maritima pars Asie provincia Cyprus unde cum pecunie deportande ministerium sustineret tam adversum animum ab omni venere quam a lucro habuit in maxima utriusque intemperantie materia versatus nam et regie divitie potestate eius continebantur et fertilissime deliciarum tot Grecie urbes necessaria totius navigationis diverticula erant atque id Munatius Rufus Cipriace expeditionis fidus comes scriptis suis significat cuius testimonium non amplector proprio enim argumento laus ista nititur cum ex eodem utero et continentia nata est et Catho

Rursum etiam Germaniam eximiam Claudie familie gloriam patrieque ornamentum et quod super omnia est operum

suorum pro habitu etatis magnitudine vitiato patris ac fratris
augusto domino nostri rei p. divinis oculis mirifice respondentem
tem constituit usum veneris inter coniuges caritatem clau-
Antoniaque femina laudibus familie   suum tenuisse
sue claritatem virilem super egressa amorem mariti
egregia fide pensavit que post eius excessum forma e-
tate florens cubiculum socrus pro coniugio habuit in eodemque
thoro alterius adolescentie vigor extinctus est alterius vi-
duitatis experientia consenuit hoc cubiculum talibus experimentis
summam imponat Deinceps hiis vacemus quorum animus
aliquo in momento ponendi pecunie cupiditate vacat
Gneus marcius patricie gentis adolescens anci regis clara
progenies cui corioli volscorum opidum captum cognomen
adiecerat cum edite conspicue fortitudinis operibus a postumio
cominio consule accurata oratione apud milites lau-
datus omnibus donis militaribus et agri centum iugeribus
et x captivorum electione et totidem ornatis equis cen-
tenario boum grege argentoque quantum sustinere valuisset
donaretur nichil ex hiis preter unius hospitis captivi
salutem equumque quo in aciem veheretur accipere noluit
Tam circumspecta animi moderatione nescias utrum
maiore cum laude premia meruerit an reiecerit
M. autem curius exactissima norma romane fra-
gilitatis idemque fortitudinis perspectissimum specimen
samnitum legatis agresti se in scamno assidentem
foco atque ligneo catillo cenantem quales epulas
apparatus indicio est spectandum prebuit ille enim samnitum
divitias contempsit samnites eius paupertatem mirati sunt
nam cum ad eum magnum magni pondus auri publice
missum attulissent benignis verbis invitatus ut eo uti
vellet et vultum risu solvit protinus supervacue ne di-
cam inepte legationis ministri narrate samnitibus M.
curium malle locupletibus imperare quam ipsum fieri locupletem

atq; istud ut pecu ita malo homi extogitatu mun(us) referto(te) etiam mementote me nec acie vinci nec pecunia corrumpi poss(e)
Idem cum in italia pirrhum regem expulisset nichil omnino ex preda regia qua exercitum urbemq; ditaverat attigit decretis etia(m) a senatu septenis iugeribus agri populo sibi aut(em) l. popularem assignatione(m) modu(m) no(n) excessit parem ydoneum rei p(ublice) civem existimans qui eo q(uo)d reliquis tribueretur contentus no(n) ee(t)
Idem sensit fabricius luscinus honoribus et auctoritate omni civitati temporibus suis maior censu par cuiuis paupertimo qui a samnitibus quos universos in clientela habebat x eris et v pondo argenti totidemq; suos sibi missos in seruum remisit: continentie sue beneficio sine pecunia praedives sine usu familie habundeq; comitatus: locupletem illum faciebat no(n) multa pos-sidere s(ed) modica desiderare. Ergo domus eius q(ua)madmodum ere et argento et mancipiis samnitum pecunia vacua ita gloria ex hiis contemptu parta et referta fuit
Consentaneo repudiare domus fabricius voti extiterant legatus enim ad pirrhum profectus cum apud eum cineam thesalum narrantem audisset quendam athenis esse s(ed) clare sapientia suadente ne q(ui)d aliud homines q(ua)m voluptatis causa facere vellet pro monstro eam vocem accepit continuoq; pirrho et samnitibus istam sapientiam detestatus est licet athene doctrina sua glorientur. Vir tam prudens fabricius detestationem q(uam) epicuri malint precepta quorum eventus iudicaverit namq; urbs voluptati plurimum tribuit imperium maximum amisit que labore delectatur est occupavit et illa libertatem tueri no(n) valuit hec etiam donare potuit
Fabricius et tuberone cognomine catilus discipulum fuisse inito quibus existimavit cum consulatum gereret ad etolorum gentes omnia vasa argentea vasa magno

ponde exquisita arte fabricata p legatos misisset qui
supiore tpe gratulandi cā ad eum profecti retulerant ficti
lia se in ei9 mensa vidisse vasa monitos ne continētie qm
paupertati sufficiend9 putarent cum suis sarcinis abire iussit
Quā bene etholice domestica ptulerat si frugalitatis
ei9 exemplum posterior etas seq voluisset nūc quo
ventū est a servis vix pt impetrari ne eam suppellecti
lem fastidiant quam tūc uti cōsul nō erubuit
t pse rege devicto paul9 emili9 cū macedonice
opib9 veterem atq hereditariam urbis nre paupertatem
eo usq satiasset ut illo tempore primū ppls R tributi
prestandi onere se liberaret penates suos nulla ex pte
locupletiores fecit pclare secū actū existimans qd ex illa
victoria alii pecuniā ipse gliam occupasset
tq huic animi ei9 iudicio Q fabi9 gurges numeri9
pictor Q ogulni9 subscripserāt qui legati ad ptolome
regem missi munera q ab eo pvati acceperant in e
rarium qdē prius q ad senatū referrent detulerūt scilz de
publico ministerio nihil cuiq pter laude bn administrati
officii accede debē iudicantes
Iam illud humanitatis senatus et attente maioꝝ
discipline inditium est data sunt enim legatis que in
erarium reposuerant nō solū patrū conscriptoꝝ decreto
sz et ppli pmisso eaq legatis questores pmte dist
buerunt Ita in eisdē ptolomei liberalitas legatorū
abstinentia senatus ac ppli R comitas debita pbabilis
facti portionē obtinuit
Fabioꝝ et ogulnii cōtinentie calphurnium pisonem in
cōsili gnē laudis emulum fuisse res ipsa docuit is est cōsul
q fugitivoꝝ bello a se liberata Sicilia eos quoꝝ pci
pua opa usus fuerat imperatorio more donis pseqbatur
inter quos filium suum aliquot locis pliatum fortissime titulo
trium librarum aurea corone decoravit pfat nō oportere a

Magistratu e publica pecunia erogaret quod in ipsius domum redditurum esset tantique ponderis se testamento adolescenti legaturum promisit ut honorem publice a duce partum privatim a patre reciperet.

Age si quis ex hoc seculo vir illustris pellibus edinis pro stragulis utatur tribusque servis comitatus Hyspaniam regat et quingentorum assium sumptu transmarinam provinciam petat eodemque cibo vinoque quo naute usus contentus sit nonne miserabilis extimetur ac ista patientissime toleravit Catho cum illum grata frugalitatis consuetudo in hoc genere vite cum summa dulcedine contineret.

Multum a prisca continencia spacio annorum posterior Catho descendit utpote in civitate iam divite et leticia gaudente natus. Is tamen cum bellis civilibus interesset filium secum trahens septem servos habuit numero plures quam superior temporum diversis moribus pauciores. Exultat animus maximorum virorum memoriam percurrens.

Scipio Emilianus post duos inclitos consulatus totidemque summe praestantie glorie triumphos septem servis sequentibus officio legationis functus est. Et puto Carthaginis ac Numantie spoliis comparare plures potuerat nisi operum suorum ad se laudem manubias ad patriam redundare voluisset. Itaque cum per socios et exteras gentes iter faceret non mancipia eius sed victorie numerabantur nec quantum auri et argenti sed quantum amplitudinis pondus secum ferret extimabatur.

Continencia vero etiam in ymis plebis animis sepe numero cognita est sed habunde erit si duo exempla inter se distancia retulisse.

Pirrus impetus sui terrore soluto ac iam epiroticis armis languentibus benivolentiam populi Romani mercari quia non virtutem debilitari nequiverat ample pene totum regiarum opum apparatum in urbem transtulit.

Ceterum cum et magni Pirri et varii gentis a legati eius tam virorum quam feminarum apta usui munera circa domos ferrentur nulla cuiusquam domo ianua patuit Tarentine petulantie animosique magis quam efficacis defensor haut scio maiore cum gloria urbis armis an moribus repulsus sit

In illa quoque procella de qua C. Marius et L. Cinna rem publicam inflexerant abstinencia populi romani mirifica conspecta est nam cum a se proscriptorum penates vulgi manibus diripiendas obiecissent inveniri nemo potuit qui civili luctu predam peteret unusquisque se ab his perinde ac si a sacris edibus abstinuit Que quidem tam misericors plebis continentia tacitum victorum crudelium convicium fuit

Ac ne eiusdem laudis commemorationem externis moribus deamplius Pericles atheniensium princeps cum tragedicarum scriptorem Sophoclem in pretura collegam haberet isque publico officio una districtus pueri ingenui pretereuntis formam impensioribus verbis laudasset intemperantiam eius increpans dixit pretoris non solum manus a pecunie lucro sed etiam oculos a libidinoso aspectu continendos esse debere

Sophocles autem etate iam senior cum ab eo quidam quereret an etiam nunc rebus venereis uteretur dii meliora inquit libenter enim istinc tamquam ex aliqua furiosa profugi dominatione

Eiusdem abstinentie senecte Xenocratem fuisse accepimus cuius opinionis non parva fides erit narratio que sequitur In pervigilio Phriane nobile athenis scortum iuxta eum vino gravem accubuit pignore cum quibusdam iuvenibus posito an temperantiam corrumpere posset quam nec tactu nec sermone aspernatus quoad voluerat in sinu suo moratam irritam dimisit factum sapientia imbuti animi abstinens sed meretricule quoque dictum perquam facetum deridentibus enim se adolescentibus quod tam formosa tamque elegans poti senis animum illecebris

polliceri non potuisset pacticque victorie flagitantibus et homine se cum his non de statua pignus posuisse reddit. Potuitne hoc Xenocratis continentia a quoque magis nec magis proprie demirari quam ab ipsa meretricula expressa est Phryne pulcritudine sua nulla parte constantissima eius abstinentia labefecit.

Quid rex Alexander diuicijs eum quatere potuit a biquod statuam eque frustra temptatam putes legatos ad eum cum aliquot talentis miserat quos in achademiam perductos solitos sibi id est modico apparatu et ad modum paruis copijs excepit postero die interrogantibus cuinam annumerari pecuniam vellet quid vos inquid hesterna cena non intellexistis ea me non indigere Ita rex philosophi amiciciam emere noluit philosophus regi suam vendere noluit

Alexander vero cognomine invicti assecutus continenciam Diogenis Cinici vincere non potuit ad quem cum in sole sedentem accessisset hortaretque ut si qua prestari sibi vellet indicaret quemadmodum erat in crepidine collocatus sordide appellacionis sed robuste vir prudencie mox inquit de ceteris interim velim a sole michi non obstes quibus verbis illa nimirum inhesit sententia Allexandrum Diogenem gradu suo diuicijs pellere tentat celerius armis Darium Item Syracusis cum olera ei lavanti Aristippus dixisset si Dionisium adulari velles ista non (comederes) esses immo inquit si ista (comedere) esse velles non adulares Dyonisio.

De Paupertate. Maxima ornamenta esse matronis liberos apud Pomponium Rufum collectorem librorum sic invenimus Cornelia Gracchorum mater cum Campana matrona apud illam hospita ornamenta sua ei pulcerrima illius seculi ostenderet traxit eam sermone quousque e scola redirent liberi et hec inquit ornamenta sunt mea Omnia nimirum habet qui nichil concupiscit eo quidem certius quam qui cuncta possidet quia dominium rerum collabi solet bona mentis perfertur diuicijs bone mentis usurpacio nullum tristioris forme recipit incursum Itaque quorsum attinet aut et diuicias in prima felicitatis parte aut paupertate

in vltimo miseriarum statu ponere cadet et illarum frons illaris
multis intus amaritudinibus sit referta / et hinc horridi-
or aspectus solidis et certis bonis habundans. Quod melius
personis ipsis verbis representabitur
Exigio imperio propter nimiam Tarquinii superbiam finito con-
sulatus initium Valerius Publicola cum Iunio Bruto auspicat-
est. Idemque postea tres consulatus acceptissimos populo Romano
gessit et plurimorum et maximorum operum pretextu titulum yma-
ginum suarum amplificavit. Cum interim fastorum illud
columen patrimonio ne ad exequiarum quidem impensa sufficiente
decessit ideoque publica pecunia ducte sunt. Non attinet vlte-
riore disputatione tanti viri paupertatem scrutari. Ha-
bunde enim patet quid vivus possiderit cui mortuo lectus funebre
Quante amplitudinis Menenium Agrippam / et rogus defuit
fuisse arbitremur quem senatus et plebs pacis inter se faciende
auctorem elegit quantum scilicet esse debuit arbiter publice salutis
hic nisi a populo Romano collatis in capita sextantibus funerat-
us non esset. Tanta pecunie inops decessit ut sepulture honore
caruisset. Verum ideo periculosa seditione diuiduam civi-
tas manibus Agrippe in unum contrahi voluit / quia eas
pauperes quidem sed sanctas animaduerterat. Cuius ut superstite
nullum fuit quod in censum deferretur ita extincti hodieque
amplissimum patrimonium est Roma concordia
Vel equidem Fabricii et Q. Emilii Papirii principum seculi
sui domibus argentum fuisse confitear oportet. Vterque enim
patellam deorum et salinum habuit sed egit lautius Fabricius
quod patellam suam corneo pendiculo sustineri vo-
luit. Papirius quoque satis animose qui cum hereditatis nomine eam
accepisset et religionis causa alienandam non putavit
Illi etiam predivites qui ab aratro arcessebantur ut
consules fierent voluptatis causa sterile atque estuosissimum
Pupinie solum versabant deliciarumque ignari vastissimas
glebas plurimo cum sudore dissipabant. Immo vero quorum

pricula rei p imperatores asserebant augustie rei familiaris
quo certius pristinum nomen veritati redderet bubulcos se vocabat
Illum vero qui ad eum accersendum a senatu missi erant
ad imperium populi ro. suscipiendum semen aspergentem viderunt
sed ille rustico opere attrite manus salutem publicam stabiliverunt
ingentes hostium copias pessundederunt. Queque modo aratorum
boum iugum rexerant triumphalis currus habenas reti
nuerunt. Nec fuit his rubor eburneo scipione deposito
agrestem stivam aratri repetere. Possunt pauperes consolari
Attilius sed multo magis docere locupletes quod non sit necessaria
solide laudis cupiditati anxia divitiarum comparatio
Eiusdem nominis et sanguinis Attilius Regulus primi punici belli
gloria cladesque maxima cum in affrica insolentissime
cartaginensis opes crebris victoriis contunderet ac prorogatum sibi
ob bene gestas res in proximum annum imperium cognovisset
consulibus scripsit villicum in agello quem vii iugerum in pu
pinia habebat mortuum esse occasionemque nactum mercenarium
amoto inde rustico instrumento discessisse ideoque petere ut sibi successor
mitteretur ne deserto agro non esset unde uxor ac liberi sui
alerentur. Quod postquam senatus a consulibus accepit et agrum
Attilii villico colendum locari et alimenta coniugi eius ac liberis
preberi et que amiserat redimi publice iussit. tanti erario
nostro virtutis attiliane exemplum quo omnis etas romana
gloriabitur stetit. Que magna latifundia L. Quinti Cin
cinnati fuerunt septem enim iugera agri possedit ex his
triaque pro amico ad erarium obsignaverat multe nomine
amisit penamque pro filio Cesone quod ad causam dicendam
non occurrisset huius agelli reditu solvit et tamen ei iiii^or
iugera aranti non solum dignitas patris familie constitit sed
etiam dictatura delata est. Anguste se habitare nunc putat
cuius domus tantum patet quantum Cincinnati rura patuerunt
Quid Elia familia quam locuples? xvi eodem tempore Elii fuerunt
quibus una domuncula erat eodem loco quo nunc sunt Mariana
monumenta et unus in agro veiente fundus minores

cultores desiderans quam domos habebat Itaque matrimo
arco et flamineo spectabili loca que quondam loca obvenerant
publice donata possidebant Eadem gens unum ante scri-
pulum argenti habuit quam paulus perse devicto C Elio tu-
beroni genero suo quinque pondo argenti ex preda donaret
Taceo enim quod princeps civitatis filiam ei nuptum dedit cuius
pecunia tam ieiunos penates videbat qui ipse quoque adeo
inops decessit ut nisi fundus quem unum reliquerat venisset
unde uxor eius dotem reciperet non extitisset
Animi virorum et feminarum vigebant in civitate eorumque
bonis dignitatis extimacio cunctis in rebus ponderabatur
hec imperia conciliabat hec iungebat affinitates hec in
foro hec intra privatos parietes plurimum poterat patrie enim
rem unusquisque non suam augere properabat pauperque in divite
quam dives in paupere imperio versari malebat atque huic tam
preclaro proposito illa merces tribuebatur quod nihil eorum que
virtuti debentur emere pecunia licebat inopieque illustrium
virorum publice succurrebatur
Itaque cum secundo punico bello Gneus Scipio ex hispa-
nia senatui scripsisset petens ut sibi successor mitteretur
quia filiam adultam virginem adulte iam etatis haberet
neque ei sine se dos expediri posset senatus ne res publica
bono duce careret patris sibi partes assumpsit consilioque
uxoris ac propinquorum Scipionis constituta dote summam
eius ex erario erogavit ac puellam nuptum dedit
Dotis modus XL milia eris fuit quo non solum humanitas
patrum conscriptorum sed etiam habitus veterum patrimoniorum cognosci
potest Namque adeo fuerunt arta ut tacia Cesonis filia
maximam dotem ad virum X milia eris attulisse visa sit
et megulia que ad quingentis milibus eris mariti domum
intravit dotate cognomen invenerit
Idem senatus fabricii luscini Scipionisque filias ab

indotate nuptias liberalitate sua vindicavit quam patrie
hereditati preter optimam gloriam nil erat quod acciperet
Emilius aut Scaurus quantulam a patre refferret
hereditatem accepit primo libro eorum quos de vita sua
transcripsit refert ait enim sibi esse decem sola mancipia
totumque censum .xxxv. milium nummum relictum in hac
ille pecuniam futurus senatus princeps nutritus est spiritus
Hec igitur exempla respicere his acquiescere solaciis debemus
qui parvulos census nostros numquam querelis esse vacuos sinimus
nullum aut ad modicum unius ponderis argentum paucos servos
vel septem iugera aride terre indigentia domestica im
pensa funera inopes dotium filias sed egregios consulatus
mirificas dictaturas innumerabiles triumphos cernimus
quid ergo mendicam fortunam quasi precipuum generis
humani malum diurnis conviciis laceramus que ut non
habundantibus ita fidis uberibus publicolas emilios fa
bricios curios Scipiones Scauros hisque paria
robora virtute aluit exurgamus potius animis pecunieque
aspectu debilitatos pristini temporis memoria re
crehemus namque per romuli casam parvi veteris capi
toli humilia tecta et eterne veste focos fictilibus etiam
nunc vasis contentos iuro nullas divitias paupertati
illud virorum posse preferri

De verecundia

Ita tempestive ad verecundiam transit videtur enim
iustissimis viris precipit ut privatas facultates negligen
publicas quam amplissimas esse cupiant digna cui
promiscue ac celestibus numinum templa extruantur aeque co
sacrentur quia parens est omnis honesti consilii tutela
solemnium officiorum magistra innocentie cara proximis accepta
alienis omni loco omni tempore favorabilem pre se ferens vultum
Sed ut laudibus eius ad facta veniam a condita
urbe usque ad affricanum et tiberium longum consules

promiscuus senatui et populo spectandorum ludorum locus erat numquam
tamen quisquam ex plebe ante patres conscriptos ludos in theatrum spec
tare sustinuit adeo circumspecta civitas nostre verecundia fuit
quequidem et certissimum sui documentum in illo die exhibuit
quo lucius flaminius extra in parte theatri consistit quia a
M cathone et l flacco censoribus senatu motus fuerat
consulatus iam honore defunctus fratre etiam tito flaminei
macedonie philippique victoris ob eum iussere eum in locum
dignitate sue coegerunt
Infregit etiam P Terentius Cannensis pugne teme
rario ingressu idem delatam ab universo senatu
et populo dictaturam recipere non sustinendo pudore
culpam maxime clade redemit effecitque ut acies
deorum ire modestia ipsius moribus imputaret itaque
titulo imaginis eius speciosius non recepta dictatura quam
aliorum gesta ascribi potest Nos autem ad preclarum verecundie
opus transgrediamur
Magna ad invidia fortia pretorys comitys assitam
superiorem filium Gneum et scribam Cicereum deduxerat
utque nimis impotens sermone vulgi carpebatur quod tam
vim sanguinem clientelamque comiciali certamine confun
deret Ceterum cineri eius in suam laudem Citerius
convertit nam ut vidit se omnibus centuriys Scipionem
anteferri templo descendit abiectaque candida toga
competitoris sui suffragatorem se agere cepit ut
preturam melius Affricani memorie concederet quam
sibi vendicaret minor maximum esse verecundie pau
Scipio tunc honorem adeptus est sed Cicereio ingratius
Et ne protinus comitys abeamus consulatum // lati sunt
petens l Crassus cum omnium candidatorum more circa forum
supplex populo ire cogeretur numquam adduci potuit ut
id presente Q scevola gravissimo et sapientissimo
viro socero suo faceret Itaque rogabat eum ut a se dum

inepte rei finisse discederet maiorem verecundie dignitatem
eiusque quam candide sue toge respectum agens
Pompeius autem magnus pharsalica acie victus a Cesare
cum postero die larissimam intraret oppidique illius uni-
versus populus obviam ei processisset ite inquit et istud
officium prestate victori Dicerem non dignum qui vinceretur
nisi a cesare esset superatus Certe modestus in calamitate
nam quia dignitate sua uti iam non poterat usus
Quam precipuam in C quoque verecundiam
Cesare fuisse et sepenumero apparuit et ultimus ei dies
signavit compluribus enim parricidarum violatus mucronibus
inter ipsum illud tempus quo divinus spiritus mortali discernebatur
a corpore ne tribus quidem et viginti vulneribus quin verecundie
obsequeretur absterreri potuit siquidem utraque manu togam
demisit ut inferior pars corporis tecta collaberetur In hunc
modum non homines exspirant sed dii immortales sedes suas
Quod sequitur externis annectam quia ante repetunt
gestum est quam etrurie civitatibus daretur excellente in
ea regione pulcritudine adolescens nomine Spurin-
na cum mira specie complurium feminarum illustrium
sollicitaret oculos ideoque viris et parentibus earum se sus-
pectum esse sentiret oris decorem vulneribus confudit
deformitatemque sanctitatis sue fidem quam formam irri-
tamentum aliene libidinis esse maluit.
Athenis quidam ultime senectutis ad spectaculum lu-
dos in theatrum venisset eumque nemo e civibus sessum
reciperet ad lacedemoniorum legatos forte pervenit
qui hominis etate moti canos eius et annos assur-
gendi officio venerati sunt sedemque ei inter ipsos
honoratissimo loco dederunt quod ubi fieri populus aspexit
maximo plausu aliene urbis verecundiam comproba-
ferunt tunc unum e lacedemoniis dixisse Ergo athe

De amore coniugali

senciunt
quid sit rectum sciunt sed id facere negligunt
placido et leni affectu ad eque honestum verum aliquan-
to ardentiorem et concitatiorem pergam legittimi amoris
quasi quasdam imagines non sine maxima veneratione
contemplandas lectorum oculis subiciam valenter inter
coniuges libertalitate fidei opera percurrens ardua imitatu
lectore cognosca utilia quia excellentissima animadutenti
ne mediocria quidem prestare robori oportet esse
Tiberius Gracchus anguibus domi sue mare ac femina
apprehensis certior factus ab aruspice mare dimisso
uxori eius femina ipsi celerem obitum instare salutare
coniugi potiusque sibi partem auguri secutus marem ne-
cari feminam dimitti iussit sustinuitque in conspectu suo
se ipsum interitu serpentis occidi itaque Corneliam nescio
utrum feliciorem dixerim quod talem virum habuerit an
miseriorem quod amiserit
O te Thesalie rex Admete crudelem et duri facti
sub magno iudice dampnatum qui coniugis tue fata
pro tuis permutari passus es eaque ne tu extingwereris
voluntario obitu consumpta lucem intueri potuisti
et certe parentum prius indulgenciam temptaveras
Inique Gracco inique fortune victima Gaius senatori
vir ordinis Gaius Plautus Numida sed in consimili
amore par extitit morte enim uxoris audita doloris
impotens pectus suum gladio percussit interventu deinde
domesticorum inceptum exequi prohibitus colligatusque
ut cum primum occasio data est scissis fasciis ac vulnere
dimisso constanti dextera spiritum unaque acerbitate pro-
ximi exceptis precordiis et visceribus hausit tam
violenta morte testatus quantum maritalis flamme in
pectore clausum habuisset
Iulius ut nominis ita amoribusque an Plautus naui
imperio senatus classem sociorum lx navium in Asiam

deduceret tarentumque appulisset atque ibi uxor eius Orestilla q[ue]
illuc eum persecuta fuerat morbo pressa decessisset fu
nerata ea in rogum imposita inter officium ungendi
et osculandi stricto ferro incubuit quem amici si[cut]
erat togatus et calceatus corpori coniugis iunxerunt ac
deinde subiectis facibus utrumque una cremaverunt
quorum ibi factum sepulcrum est tarenti et nunc conspi[citur]
quod vocatur toduoidoy toco nec dubito quin si quid
modo extincti sensus inest plancius orestilla fati con
sortione gestiente vultus tenebris intulerunt tantum
ubi idem et maximus et honestissimus amor est aliquanto
prestat morte iungi quam distrahi vita

Consimilis affectus Julie C cesaris annotatus est que cum
edilitiis comitiis pompei magni coniugis sui ves
tem cruore respersam e campo domum relatam vidisset
territa metu ne qua vis ei esset allata exanimis con
cidit partumque quem utero conceptum habebat subita
animi consternatione et gravi dolore corporis eicere coac[ta est]
magno quidem cum totius terrarum orbis detrimento cuius tranqui[llitas]
tot civilium bellorum truculentissimo furore perturba[ta]
non esset si cesaris et pompei concordia communis san
guinis vinculo constricta mansisset

Tuos quoque castissimos ignes porcia M. Catonis
filia cuncta secula debita admiratione prosequentur
que cum apud philippos victum et interemptum virum
tuum brutum cognosceres quia ferrum non dabatur ardentes
ore carbones haurire non dubitasti muliebri spiritu
virilem patris exitum imitata sed nescio an hec fo[rtius]
quod ille usitato tu novo genere mortis assumpta es

Sunt et alienigenarum amores iusti obscuritate igno
rantie non obruti e quibus paucos attigisse satis erit

Gentis carie regina Artemisia virum suum Mausoleum

Mausolus

fato assumptum quanto opere desiderauerat leue et post consumptionem
omnis generis honorum monumentique usque ad vii miracula
prouecti magnificentia argumentari quid enim aut eos
colligas aut de illo inclito tumulo loquere ad ipsa
Mausoli ac spirantis sepulcrum fieri concupierat eorum
testimonio qui illam extincti ossa potioni aspersa bibisse
Hisicratea quoque regina Mitridatem coniugem tradunt

Mitridat

suum effusis caritatis habenis amauit propter quem praecipuum
forme sue decorem in habitum virilem conuertere voluptati
esse loco habuit tonsis enim capillis equo se et armis
assuefecit quo facilius periculis et laboribus eius inter-
esset quin etiam victum a Gneo Pompeio per efferatas gentes
fugientem animo pariter et corpore infatigabili secuta est
cuius tanta fides asperarum atque difficilium rerum Mitridati
maximum solacium et iocundissimum leniamentum fuit cum
domo enim et penatibus vagari se credidit vxore simul
exulante
Verum quid Asie quid barbarie inmensas solitu-
dines quid latebras pontici sinus scrutor cum splendi-
dissimum totius grecie decus Lacedemon praecipuum vxorie
fidei specimen in nostris obstentet oculis plurimis
et maximis patrie sue laudibus non admiratione
facti comparandum Minie quorum origo ex inclito socio
Iasonis in Lemnon insula concepta per aliquot se-
culorum vices stabilis in sede manserat a pelasgis
pulsi armis aliene opis indigentes excelsa Tay-
getorum montium iuga supplices occupauerunt quos Spar-
tana ciuitas respectu Tindaridarum namque in illo
nobilis fame nauigio destinatam sideribus par fratrum
fulserat deductos inde legibus commodisque suis immiscuit
sed hoc tam grande beneficium in iniuriam benemerite vrbis re-
gnum affectantes verterunt ergo publice custodie inclusi

Capitali asservabantur supplicio qui cum vetere instituto
lacedemoniorum nocturno tempore passuri essent coniuges
eorum illustris ibi sanguinis velud allocuture perituros
viros impetrato a custodibus aditu carcerem intraverunt
commutataque veste per simulacionem doloris velatis capitibus
eos abire passe sunt hoc loco quid aliud adiecerim quam
dignas fuisse illas quibus mine nuberent
De Amicicia
Contemplemur nunc amicicie vinculum potens et pre-
validum neque ulla ex parte sanguinis viribus inferius
hoc etiam certius et exploratius quod illud nascendi sors fortui-
1 tum opus hoc uniuscuiusque solido iudicio inchoata vo-
luntas contrahit Itaque celerius sine reprehensione propinquum
adverteres quam amicum quod altera direptionem utique iniquitatis
altera utique levitatis crimini subiecta est Cum enim de-
2 serta sit futura vita hominis nullius amicicie cincta
presidio tam necessarium subsidium temere assumi non
3 debet semel aut recte apprehensum sperni non convenit Sin-
ceri fidei amici precipue in adversis rebus cognoscuntur
in quibus quicquid prestatur totum a constanti benivolencia
4 proficiscitur felicitatis cultus maiore ex parte adulatione
quam caritati erogatur certe suspectus proinde ac plus semper
petat quam impendat Accedit huc quod infracte fortune
homines magis amicorum studia desiderant vel presidii
vel solacii gracia nam leta quidem et prospera negocia
utpote cum divina suffragatione foveantur humani
minus indigent Tenacius igitur eorum nomina posteritatis
memoria apprehendit qui adversis amicorum casibus
non defuerunt quam qui prosperum vite cursum comitati sunt
Nemo de Sardanopolli familiaribus loquitur Orestes
Sardanapolo
Pilade pene amicorum Agamenone notior est pro-
siquidem illorum amicicia in consorcione deliciarum et
luxurie contabuit horum dure atque aspere condicionis
solacium miseriarum experimento enituit Sed quid externa

attiguo cum domesticitas prius liceat uti
Nimium patri fuisse Gracchis existimatus est nec immeri
to quia potenciam suam saluti eius pretulerat quam con
stante tum fidei amicus et in hoc pravo tam proposito C.
Blosius quam ~~constantis tum fidei amicus et in hac~~ cumanus
habuit ope precium est cognoscere / hostis iudicatus ultimo
supplicio affectus sepulture honore spoliatus benivolencia
tum eius non caruit Nam cum senatus rutilio et lenato
consulibus mandasset ut in eos qui cum Graccho conse
ciat more maiorum animaduerteret et ad Lelium cuius con
silio precipue consules utebantur pro se blosius deprecatum
venisset familiaritatisque excusatione uteretur ab is
dixisset quid si te Gracchus templo Jovis optimi maximi
faces subdere iussisset obsecuturusne illius voluntati propter
istam quam iactas familiaritatem fuisses / numquam
inquit istud Gracchus imperasset satis immo et nimium
totius namque senatus consensu damnatos mores defe
dere ausus est vere quod sequitur inlaudatius multoque
periculosius / compressus enim perseueranti interrogatione
Lelii in eodem constanti gradu stetit seque etiam hoc si
modo Gracchus annuisset facturum respondit quis illum
sceleratum putasset fuisse si tacuisset quis non etiam sapientem
iudicasset si pro necessitate temporis locutus esset At
Blosius nec silencio honesto nec prudenti sermone
salutem suam ne qua ex parte infelicis amicicie memoriam
desereret tueri voluit
In eadem domo eque robusta constantie amicicie exempla
obruuntur proscripte enim iam et perdite C. Gracchi Nota
consiliis rebusque cum tam late eius conspiratio late quereretur
desertum omni auxilio duo tantum amici Pomponius et
Lectorius ab infestis et undique ruentibus telis oppositu

corporib suore texerunt quoz pomponi quo is facili
euaderet concitatum sequenti agmen in porta trigemi
aliqndiu acerrima pugna inhibuit nec viuus pelli
potuit s multis confectis vulnerib transitum sup cadau
suum eis credo etiam post fata inuitus dedit lectoriu
aut in ponte sulpicio constitit et eum donec Grac
transiret ardore sui spus sepsit ac vi multitudie obrt
conuerso in se gladio celeri saltu pfundu tiberis pecii
quamqz in eo ponte caritatem toti ptie oracius cocles
exhibuerat unius amicicie adiecta voluntaria m
te prestitit q bonos Gracchi si aut patris aut m
aui sectam vite ingredi voluissent hre milites pot
erunt Quo em impetu Qua pseuerancia ai bloc
pomponi et lectorius tropheea ac triumphos
adiuuissent furiosi conatus tam strenui comites
sinistris quide auspiciis amicicie condicione secuti
s quo miseriora hoc certiora fidelit culte nobile exem
Vauus aut regiirus si ad debitam publico ministerio
sinceritatem exigatur posteritatis conuicio lacerandus
si amicicie fido pignore extimetur in optimo lau
dabilis portu relinquendus est tiberius em plebis
Cepionem in carcerem coiectus q is culpa exerci
tus a Cimbris in theotonicis videbatur delatus ve
teris arteqz amicicie memor publica custodia li
berauit nec actenus amicum egisse contentus etia fug
eius comes accessit prothe magnum et inexupabile
tuum nor numen amicicia cum ex altera pte rei p ma
num iniceret ex altera tua illum dextera traheret
et illa ut sacrosanctus ee vellet exiget tu exiliu in
dicans adeo blando vtere imperio supplicium honori
ptulit admirabile hoc opus tuum si qd sequitur aliquanto
Recognosce em quousqz volumni laudabil

constantem erga amicum suum caritatem fine p[er]illa tei p[ro]muitam eu[n]erens qui orto equestri loco cum lucilium familiaritate tolusset eum[que] in Anthonii q[uam] bruti et cassy p[ar]tes fuerat secuto intemissis in magna fugiendi licentia ... amico adhesit brutu[m]q[ue] in lacrimas et gemitus profusus ut nimia pietate causam sibi mortis arcessisset ... papuam et p[er]severanter lamentationem ad anthonium p[er]tractus est cuius posse[que] in conspectu steti iube me inquit imperator protinus ad lucilii corpus ductum occidi neque enim assumpto illo superesse debeo cum eius mihi ... neque enim assumpto illo superesse debeo cum eius mihi ... auctor extiterim quid ad fideliter beniuolentia ... lias militie auctor extiterim quid at fidelius benivo[lentia] ... mortem amici hostis odio levavit vitam suam consilio tenuit... vespertina... auctor ... Anthonii aures habuit ... ducturus quo voluerat dextram locali ... caput quod abscisum iacebat sublatum pectori suo applicavit dein demissam cervicem victoris gladio p[re]buit
Sequatur Grecia Theseo nephandis Piritho[i] ardoribus subscribentem ditis se regnis commisisse vanum est istud narrare Stulti credere mixtum amicitie cruore et vulneribus inter vulnera motique inherentem mortem videre hec sunt vera romane amicitie iudicia illa gentis ad fingendum parate monstro similia mendacia
Utrius[que] petronii hu[ius]ce laudes consortem animo vendicat pari enim militie amicitie ausu pari glorie ... ascendendum est ad mortem humili loco natus ad equestrem ordinem et splendide militie stipendia publico ... beneficio pervenerat cum grauius an[im]um quam leta in materia exhibere non contingit in ea qua[m] iniquam fortunam esse voluit cum multa fide p[ro]stitit Erat L. octavio consule placentie p[re]positus ... qua cinnano exercitu capta et senior iam et gravi valitudine affectus ne in p[otes]tatem

hostium veniret ad auxilium dextre petronii confugit quem cum ab incepto consilio frustra conatus abstrahere in eodem perseverantem precibus interemit cedique eius suam iunxit nec eo iacente superesset per quem omnia dignitatis incrementa assecutus fuerat superest ita alterius fato verecundia alterius pietas causa pereundi extitit

Iungendus petronio servius terentius est quamquam ei sicut cupierat pro amico suo perire non contingerat incepto namque egregio non irrito eventu extimari debet quia quantum in illo fuit et ipse extinctus fuit est et decimus brutus periculum evasit mortis qui fugiens a mutina ut ad se interficiendum ab anthonia missos equites advenisse cognovisset quodam in loco iuste pene debitum spiritum tenebris furari conabatur eoque iam facta irruptione terentius fideli mendacio ob securitatem ipsa suffragante brutum se esse simulavit et corpus suum trucidandum equitibus obiecit verum cognitus a furio cui brutiane ultionis officium mandatum fuerat nece sua amici supplicium discutere non potuit sic invitus fortuna cogente vixit

Ab hoc orrido et tristi pertinacis amicicie ad letum et serenum vultum transeamus atque inde eam evocatam ubi omnia lacrimis gemitu cedibus fuerant referta in eo quo digna est felicitatis domicilio collocemus gratia honore habundantissimis opibus fulgentem cernitur ergo ab ea que sanctorum umbris dicata esse creditur sede hinc decimum lelium illinc marcum agrippe alterum virorum alterum deorum maximum amicum et certa mente et secundo omine sortiti totum beate turbe gregem qui in tuo ductu venerande sinceritatis fidei stipendia laudibus et premiis onustis peregit in lucem nobiscum protrahite vestros enim constantes animos vestra strenua ministeria vestram inexpugnabilem taciturnitatem proque dignitate et salute et salute amicorum perpetuam excubationem testationemque benivolenciam et rursus hec cerneremus fructus

posterior intuens etas in extollendo amicicie iure quam libera
quam etiam religiosius erat operata
Sed et amicus in domesticis alienaque beneficia referre
romane urbis candor hortatur Damon et Phicias · Damon · Phicias
pitagorice prudencie sacris initiati tam fidelem inter
se amiciciam iunxerunt ut cum alterum ex hiis Dionisius
Siracusanus interficere vellet atque is tempus ab eo quo
prius quam periret domum profectus res suas ordinaret impe-
trasset alter uadem se pro reditu eius tiranno dare non
dubitavit solutus erat periculo mortis qui modo gladio
cervices subiectas habuerat eidem caput suum subiece-
rat cui securo vivere licebat igitur omnes et in primis Dy-
onisius nove atque ancipitis rei exitum speculabantur Appro-
pinquante deinde finita die nec illo redeunte unusquisque stul-
ticie tam temerarium sponsorem dampnabat At is nichil
se de amici constancia metuere predicabat Eodem autem mo-
mento et hora a Dyonisio constituta eam qui acceperat
supervenit admiratus amborum animum tirannus supplicium fidei
remisit insuperque eos rogavit ut se in societatem amici-
cie tercium sodalicii gradum ultimam daturum benivolencia
reciperet Hecine vires amicicie mortis contemptum ingene-
rare vite dulcedinem extinguere crudelitatem mansuefacere
odium in amorem convertere penam beneficio pensare
potuerunt quibus pene tantum venerationis quantum deorum
inmortalium cerimoniis debetur illis enim publica salus
hiis privata continetur Atque ut illarum edes sacra do-
micilia harum fida hominum pectora quasi quodam sancto spiritu
referta templa sunt quod ita esse rex Alexander sensit
Qui captis castris in quibus omnes necessarii eius erant potiti
Ephestione gratissimo sibi latus suum tegere ad eorum

colloquendos venit cuius adventu mater Darii recreata
humi prostratum caput erexit Ephestionemque quia et in-
statura et forma prestabat more Persarum adulata tamquam
Alexandrum salutavit admonita deinde errorem per summam
trepidationem excusationis verba querebat Cui Alexander
nihil est inquit quod hoc nomine confundaris Nam et hic
Alexander est Utri prius gratulemur qui hoc dicere vo-
luit an cui audire contigit Maximi enim rex animi etiam
totum terrarum orbem aut victoriis aut spe complexus
tam paucis verbis se cum comite suo partitus est o donum
inclite vocis danti pariter ac accipienti speciosum quod pri-
vatimque merito veneror clarissimi viri promtissimam
erga me benivolentiam expertus nec metuo ne parum
conveniat in Pompeium meum Alexander ad ille Ephe-
stio suus alter fuerit Alexander Ego vero gravissimo
animi sum obnexus constantem et benigne exempla
sine ulla eius mentione transgressus Cuius in me velud
in parentum amantissimorum pectore letior vite mee
status viguit tristior acquievit a quo omnia commoda
maxima ultro oblata cepi per quem tutior adversus
casus steti qui studia mea ducatu et auspiciis suis lu-
cidiora et alacriora reddidit itaque pavi invidia quidem
optimi amici iactura virus quos fructu torsi etiam non
quidem meo merito gratiam meam quantacumque fuerit
partitus verum nulla tam modesta felicitas est que
malignitatis dentes vitare possit aut quo secessu quis
fugeris aut quibus insultis minime propriis ne alienis mal
primo ac bonis suis letentur et gestiant Divites sunt ali-
enis iacturis locupletes calamitatibus immortales fuerint
Sed illi quatenus alienis incommodis fuerunt adhuc expertes

insultent optima, insolencie varietas humane condicionis De liberali[te]
Ostium opus pro egressu ad propria cum videat
proventum in suum ordinem revocetur liberalitati scilicet
commemoratione vacemus cuius duo sunt maxime pro-
biles fontes verum iudicium et honesta benivolentia
Nam cum ab his oritur tum demum ei non constat de-
no aut ipsius gratia magnitudo quidem sua sed effitacio eam
aliquanto oportunitas conciliat.
Credidit enim pro deo rei inextimabile momentum occa-
sionibusque fabiusque maximus tot ante secula parva pe-
cunie summam erogata adhuc usque tempus laudabilem
fecit captivos ab hanibale imposita pactione mu-
more receperat qui cum a senatu non prestarentur miss-
so in urbem filio fundum quem unicum possidebat ve-
ndidit eiusque precium hanibali protinus numeravit si
ad calculos revocetur parvum utpote vii iugeribus et hoc
in pupinia additus redactum si cum prerogante eo
pecunia maius se enim patrimonium quam patriam fidei inopem
o quidem maiore cum commendatione quam ... esse maluit
prom studii certiusque iudicium est supra vires uti quam vi-
ribus ex facili uti alter enim quod potest prestat alter
enim plus quam potest itaque eiusdem temporis femina busia nomine
regionis autem apule ditissima quidem merito liberalitatis
testimonium recepit sed excellentes opes suas fabiane
rei familiaris angustiis non comparavit nam et si
circa decem civium milia canensis prelii reliquias benign[i]-
ssime intra canusina menia alimentis substentat
salvo tamen statu fortune suarum munificam se populo romano
prestitit fabius in honore patrie paupertatem copia mutat
N. ... consilio salubrem exitum nec sine parvo

cuius fructu liberalitas anotata est Qui catelme fu-
rore ita consternata re p ut ne a locupletib; quid
debite pecunie pter tumultu ptis possessionu dimi-
nute solui creditorib; possent tu centies atq quinqes
sextertiu summam in fenore habet neq de sorte quemq
debitoru suoru neq de vsura appellari a suis passus
quantuq in ipo fuit acritudinem publice confusiois cum
primata tranquillitate mitigat oportune insigneq te-
status se nummoru suoru no ciuilis sanguinis esse feneratorem
nam qui nunc precipue negatione delectantur et mo
pecunia domum cruentam retulerunt qz impendendo
gaudio exultent cognoscet si diligent senatus co
quo C considio gre acte sunt legere non fastidierint
Veri meam tam dudu pplis qz videtur quod cu sin-
gulorum munificentiam conseccer de sua taceam ad suas
eni eius laudem ptinet quem cum vrbib; et gentib;
prestiterat recognosci qz omne preclari facti decus ce-
lebra memoria in seipo remitesat
Syram bello captam Attalo regi munere loco pos-
sidendam tradidit eo excelsius et speciosius vrbi nre
futurum imperiu credens si ditissimam atq amenissimam
partem terrarum orbis in beneficio qz in fructu suo
reponere valuisset ipa victoria felicior qz multu o-
ccupasse invidiam habere potuit tanti beneficii gratia
carere non potuit
Illius non Romane libertatis celestem spiritum nulle
litere satis dignis laudib; prosequentur Philippo enim
Macedonie rege superato cum ad Isthmicum spectaculum
tota grecia conuenisset T Quinctius tube signo si-
lencio facto per preconem hec verba recitari iussit S P

Et Titus quidem Flaminius imperator omnes grecie urbes
que sub dicione regis philippi fuerant liberas atque immu-
nes esse iubent quibus audite maximo et inopinato
gaudio homines perculsi primo veluti non audivisse
se que audierunt credentes obticuerunt iterata deinde pro-
nunciatione preconis tanta celum alacritate compleverunt
ut certe constat aves que supervolabant attonitas pa-
ventesque decidisse magni animi fuisse a tot captive
capitibus servitutem detraxisse et quot nunc nobilissimis
et opulentissimis urbibus populo Romano libertatem largitus est
ad cuius maiestatem pertinet non solum que ipse benigne
tribuit sed etiam que alio tribuente sensit commemorari
ut enim illic commemorate ita hic reddite laude commendatorum
Hiero Siracusanorum rex audita clade qua Rome apud
transimenum lacum erant afflicti trecenta milia mo-
diorum tritici et cc ordei aurique [gap] pondo urbi nostre
munere misit neque ignarus verecundie maiorum nostrorum
que non vellent accipere in habitu id victorie formavit
ut eos religione motos munificentia uti sua coget
voluntate mittendi prius item prudentia cavendi ne
Unectam huic Agrigentinum [gap] remitteretur liberalis
Gillam quem prope modum ipsius liberalitatis precordia
constat habuisse erat opibus excellens sed multo etiam
quam divitiis locupletior semperque in eroganda potius
quam in accipienda pecunia occupabatur adeo ut domus eius
quasi quedam munificentie officina crederetur Illinc enim
publicis usibus apta monimenta extruebantur Illinc grata
populi oculis spectacula dabantur Illic epulare mag-
nifici apparatus libentique civibus subsidia annone oriebantur
et cum in hiis privatim alimenta inopia laborantibus
dotes virginibus paupertate pressis subsidia detrimentorum

in cursu quassatis erogabantur hospitesque tam urbanis penatibus tum et rusticis tectis benignissime excepti variis muneribus ornati dimittebantur. Quod vero quingentos simul galentius equites in tempestate in possessiones suas compulsos aluit ac vestivit quid aliud non mortalem aliquem sed propiciae fortune benignum esse diceres sinum. Ergo quod gillas possidebat omnium quasi commune patrimonium erat pro cuius salute et incolumitate tum agrigentinam civitatem tum et vicine regiones votis excubabat collocato e contraria parte arcas inexorabilibus castris obseratas. Nonne prestantiorem aliquem existimes illam impensam quam hanc custodiam.

De humanitate et clementia c. 1

Liberalitati quas aptiores comites quam humanitatem et clementiam dederim cum idem genus laudis expetunt quarum prima inopia proxima occupatione tertia ancipiti fortuna prestatur. Cumque nescias quam maxime probes eius tamen commendatio precurrere videtur cui nomen ex ipso minime quesitum est.

Ante omnia autem humanissima et clementissima senatus acta referam qui cum ad carthaginiensium legati ad captivos redimendos in urbem venissent protinus his nulla pecunia accepta reddidit iuvenes numero duorum milium et septingentorum quadraginta trium expletissimos. Quid ergo tum hostium exercitum dimissum tantam pecuniam contemptam tot punicas iniurias datam veniam ipsos legatos obstupuisse arbitror ac secum dixisse o munificentiam gentis romane deorum dignitati equandam nam quod bene fecisti nunquam dedissem accepimus.

Illudque non parvum humanitate senatus indicium Syphacem ei quondam opulentissimum numidie regem captivum in custodia Tiburi mortuum publico funere

censuit accendi ut vite dono honorem sepulture adiceret
Consimili quoque clementia in persa usus est nam cum albe in
qua custodia ei legatus erat decessisset questorem misit qui
eum publico funere efferret ne regias reliquias iacere in
honoratas pateretur hostibus hec et miseris et fato functis
officia regibus erogata illa amicis et felicibus regnis tributa
Confecto macedonico bello Musicanes massinisse filius
cum equitibus quos in presidium romanorum adduxerat
ab imperatore paulo ad patrem remissus tempestate clas
se dispersa brundisium eger delatus est quod ubi senatui nuncia
tum est continuo illo questorem ire iussit cuius cura et hospitium
adolescenti expediretur et omnia que ad valitudinem
opus esset preberentur impenseque liberaliter cum ipsi tum toti
comitatui prestarentur naves etiam ut prospicerentur quibus
ipse bene ac tute cum suis in affricam traiceretur
equitibus singulis libras argenti et quingentos sestercios
dare imperavit que tam provida et tam exquisita pa
trum conscriptorum humanitas efficere potuit ut etiam si expirasset
adolescens equiore animo desiderium eius pater tolleraret
Idem senatus cum ad gratulandum sibi Prusiam bithinie
regem ad se venire audisset obviam illi publium Cor
nelium Scipionem questorem Capuam misit censuitque
ut ei domus Rome quam optima conduceretur et copie non
solum ipsi sed etiam publice comitibus eius preberentur inque eo
quoque excipiendo tota urbs unum humanum amici vultum
habuit Itaque qui amicissimus nobis venerat duplicata
ta in nos benivolentia in regnum suum reversus est
Ne egiptus quidem romane humanitatis expers fuit rex
eius Ptholomeus a minore fratre regno spoliatus petendi
auxilii gratia cum paucis admodum servis squalore ob
situs romam venerat ac se in hospicium alexandrini

victoris contulerat. Hoc postquam senatui relatum est accersito iu-
uene qua potuit accurata excusatione usus est quod nec questores
illi more maiorum obuiam misisset nec publico eum officio
excepisset eaque non sua negligencia sed ipsius subito et clan-
destino aduentu dixit facta et illum e curia protinus
ad publicos penates duxit hortatusque est ut depositis sor-
dibus adeundi diem ipsius peteret quin etiam cure habuit al-
vti ut munera per questorem quottidie darentur hiis gra-
dibus officiorum iacentem ad regium fastigium erexit effecitque
ut plus spei in auxilio populi Romani quam metus in sua fortuna reponeret
Atque ut ab uniuersis patribus conscriptis ad singulos ueniam
L. Cornelius consul primo punico bello cum Olbiam opid-
cepisset pro quo fortissime dimicans Anno dux Carthaginiensis
ceciderat corpus eius e tabernaculo suo amplo funere
extulit nec dubitauit hostis exequias ipse celebrare eam
demum uictoriam et apud deos et homines minimum inui-
die habituram credens que plurimum humanitatis habuisset
Quid de Crispino loquar cuius mansuetudinem pote-
tissimi affectus ira atque gloria quatere non potuerunt
Badium Campanum et hospicio benignissime domi sue
exceperat et aduersa ualitudine correptum attentissima
cura recreauerat a quo post illam nephariam Campanorum
defectionem in aciem ad pugnandum prouocatus cum et
uiribus corporis et animi uirtute aliquanto esset superior
monere ingratum ingratum quam uincere maluit Nam
quid agis inquit demens aut quo te praua cupiditas
transuersum rapit parum habes publica impietate
furere nisi etiam priuata lapsus fueris Unus videlicet tibi Romanorum
Quintius placet in quo scelerate exerceas arma cuius penatibus
et honoris uicissitudinem et salutem tuam debes At
me fedus amicicie diique immortales sacra inter nostra

aut pectoribus iusta pignora hostili certamine congredi
tecum vetant quin etiam si in cursu exercitus fortuitu equi
bonis mei impulsu prostratum agnovissem applicatum
iam terrentibus cuius mucronem revocassem tuum autem omne
sit hospitem occidere voluisse meam non eius hospes officii
dedit utrique celeste numen debitum exitum siquidem in eo
prelio Badius obtruncatus est Crispinus insigni pugna clarus

Hec M. Marcelli clementia quoque clarum quoque / evasit
memorabile exemplum haberi debet qui capte a se Syracusarum
in arce eorum constitit ut urbis modo opulentissime
tunc afflicte fortunam ex alto cerneret certum casum eius
lugubrem intuens fletum cohibere non potuit quem si quis
ignarus viri aspexisset alterius victoriam esse credidisset
Itaque Syracusana civitas maxima clade sua aliquid ad
mixtum gratulationis habuisti quia si tibi incolumem stare phas
non erat leniter sub tam mansueto victore cecidisti

Quintus vero Metellus Celtibericum in Hyspania gerens
bellum cum urbem Centobricam obsideret et iam ad
mota machina partem muri que sola convelli poterat
disiecturus videretur humanitatem propinque victorie
pretulit Nam cum Rhetogenis filios qui ad eum transi
erant Centobricenses machine ictibus obiecissent ne
pueri in conspectu patris crudeli genere mortis consumerentur
quamquam ipse Rhetogenes negabat esse impedimento quo minus per exitum
sanguinis sui expugnationem perageret ab obsidione discessit
quoquidem tam clementi facto etsi non unius civitatis me
nia omnium tamen Celtiberiarum urbium animos cepit effecitque ut
ad redigendas eas in dicionem populi Romani non multis sibi
obsidionibus opus esset

Affricani quoque posterioris humanitas speciose lateque patuit
expugnata enim Carthagine circa Sicilie civitates litteras

misit ut ornamenta templorum suorum a penis rapta p legatos reciperent inque pristinis sedibus reponenda curaret beneficium dys atque hominibus acceptum

Hic facto par eiusdem viri par humanitas a questore suo hasdrubalis subiectos captivos vendente puer eximie forme et liberalis habitus missus est De quo cum explorasset Numidam esse orbum relictum a patre educatum apud avunculum Maximissam eo ignorante in maturam adversus romanos ingressum militiam et errori illius veniam dandam et amicitie regis fidelissimi ppli Romani debitam venerationem tribuendam extimavit Itaque puer anulo fibulaque aurea et tunica laticlavia hyspanoque sagulo et ornato equo donato datisque qui eum prosequerentur equitibus ad massinissam misit eos victoris maximos fructus ratus si dys ornamenta templorum si regibus sanguinem suum restitueret

Huius etiam pauli in tali genere laude memoria apprehendenda est qui cum persam patrii temporis momento tunc captum ex rege ad se adduci audisset occurit ei romani imperii decoratus ornamento conatumque ad genua procumbere dextra manu allevavit et greco sermone ad spem exortatus est introductum etiam in tabernaculum lateri suo proximum in consilio sedere iussit nec honore mense indignum iudicavit proponatur in conspectu acies qua prostratus est perses et hanc rem quam retuli contextus utro magis spectaculo delectentur homines dubitabunt Nam si egregium est hostes abiecisse non tamen minus laudabile infelici scire misereri

Et L. pauli humanitas admonet me ne de Gn. pompei clementia taceam regem Armenie Tigrane

gi Perse et magno cum populo Romano bella gesserat et in-
festissimum urbi nostre Mitridatem Ponto pulsum viribus
suis protexerat in conspectu suo diutius iacere supplicem
passus non est sed benignis verbis recreatum diadema
quod abiecerat capiti reponere iussit ceterisque rebus imperatis
in pristinum fortune habitum restituit eque pulchrum
esse iudicans et vincere reges et facere. Cuius preclare
tribute humanitatis specimen Gneus Pompeius quam desiderabile
tam miserabile desiderate idem evasit exemplum. Nam qui Ti-
granis tempora insigni regio texerat eius caput tribus
coronis triumphantibus spoliatum in summo terrarum orbe
nusquam sepulture locum habuit sed abscisum a cor-
pore inops rogi nepharium Egiptie perfidie munus
portatum est etiam ipsi victori miserabile. Ut enim id
Cesar aspexit oblitus hostis soceri vultum induit et
Pompeio cum propriis tum filie sue lacrimas reddidit
caput autem plurimis et speciosissimis odoribus cre-
mandum curavit quod si non tam mansuetus animus di-
vini principis extitisset paulo ante Romani imperii
columen habitum sic mortalium negotia fortuna versat
inhumatum iacuisset.
Catonis quoque morte Cesar audita et se eius glorie invidere
et illum sue invidisse dixit patrimoniumque eius liberis
ipsius incolume servavit et hercule divini Cesaris
operum non parva pars Catonis salus fuisset.
Nec autem Antonii animus humanitatis talis
intellectu non caruit. Nam cum Bruti corpus liberto
suo sepeliendum tradidit quoque honoratius cremaretur
inici ei suum paludamentum iussit iacentem hoste

Deposito extimans odio cuius interceptum a liberto pal-
ludamentum combussisset ita pater in eum protinus ani-
aduertit hac ante prefatione usus quid tu ignora-
sti cuius tibi primi sepulturam commisissem fortem prau-
eius victoriam philippicam dii libenter viderunt sed
nec ista quidem grauissime indignatione vindicta inniti audiuerit
Commemoratione romani exempli in macedoniam de-
ducta morum Alexandri preconium facere cogor cuius
vt infinitam gloriam bellica virtus ita precipuum amorem
clementia meruit hic dum omnes gentes infatigabili
cursu lustrat quodam loco hiemali tempestate oppressus se-
nio iam confectum macedonum militem nimio frigore
obstupefactum ipse sublimi et propinqua in regione re-
sedens animaduertit factaque non fortune sed etatis verus
extimatione descendit et illis manibus quibus opes
Darii afflixerat corpus frigore duplicatum in suam
sedem imposuit hoc ei salutare futurum dicens quod apud
persas capitale extitisset solium regium occupasse Quid er-
go mirum est si sub eo duce tot annis militare iuuabat
ducebat cui gregarii militis incolumitas proprio fastigio ca-
rior erat Idem non hominum ulli sed nature fortuneque
cedens quamquam violentia morbi dilabebatur in cubi-
tum erectus dextram omnibus qui iam contingere vellent
porrexit quis autem illam osculari non curreret que iam
fato oppressa maximi exercitus complexui humanitate quam
spiritu vividiore sufficit
Non tam robusti generis humanitas sed et ipsa tamen
memoria prosequenda pisistrati atheniensium tiranni
narrabitur cum cum adolescens quidam amore eius filie
virginis accensus in publico obuiam factam sibi osculatus

cet orante uxore ut ab eo capitale supplicium sumeretur
respondit Si eos qui nos amant interficiemus quid hys
faciemus quibus odio sumus minime digna uox cui ad
diciatur eam ex tyranni ore de humanitate manasse in hunc
modum filie iniuriam tulit suam multo laudabilius
Cratippo amico inter cenam sine fine convicio lacerante
Ita et uocem et animum ab ira cohibuit ut putares satellitem
tyranno male audire abeuntemque veritus ne propter metum
maturius se a convivio subtraheret comitatione familiari
cepit itinere Cratippus consitate temulentie impetu e-
uectus os eius sputo respersit nec tamen iracundiam sui uo-
luit accedere Ille vero etiam filios suos violate patris
maiestati subvenire cupientes retraxit Postero quoque die
Crassippo supplicium a se voluntaria morte exigere volenti
venit ad eum dataque fide in eodem gradu amicitie se
mansurum ab incepto revocavit Si nihil aliud dignum
honore memorie gessisset his tamen factis habunde se posteritati
posteritati commendasset
Eius mitis animus regis Epiri Pyrri
audierat a quibusdam in convivio Tarentinorum parum
honoratum de se sermonem habitum accersitos qui ei
interfuerant percunctabantur an ea que ad aures eius
pervenerant dixissent tum ex hys unus nisi vinum nos
defecisset ista que tibi relata sunt pro hys que de te
locuturi eramus ludus et iocus fuissent Tam urbana
crapule excusatio tamque simplex veritatis confessio iram
convertit in risum Qua quidem clementia et modera-
tione assecutus ut et sobrii sibi tarentini grates agerent
et ebrii bene deprecarentur
Ab eadem altitudine humanitate legatis Romanorum
ad redimendos captivos castra sua petentibus

quo tutius venirent Liconem Molosium obviam misit etiam
ornatus exspectavit ipse equitibus extra portam occurrit secundarum
rerum proventu cum corruptus ut officii prospectum in hos
deponeret qui tam maxime armis cum eo dissidebant
cuius tamen mitis ingenii debitum fructum ultimo fati sui
tempore recepit nam cum divinis auspiciis Argivorum in
vasisset urbem abscisumque eius caput Alcyoneus Antigoni regis
filius ad patrem propugnatorem laborans velut aliquid
felicissimum victorie opus attulisset Antigonus correpto iu
vene quod tanti viri subite ruine immemor humanorum casuum
effuso gaudio insultaret humi caput sublatum gravissime
grarissea qua velatum caput suum more macedonum
habebat texit corporique Pirri redditum honoratissime
cremandum curavit qui etiam filium suum Helenum captivum in
ad se perductum et cultum et animum regium gerere iussit ossa
ei Pirri aurea inclusa urna Epirum in patriam ad A
lexandrum fratrem portanda dedit
Campani autem exercitum nostrum cum consule apud
Caudinas furcas sub iugum a Samnitibus missum ne in
ermem tamen sed etiam nudum urbem suam intrantem
perinde ac victorem et spolia hostium pre se ferentem
venerabiliter exceperunt protinusque consuli insignia
honoris militibus vestem arma equos commeatum beni
gnissime prestando et inopiam et deformitatem Ro
mane cladis mutaverunt Quo animo si pro imperio nostro
versus Hambalemque usi fuissent truculentis securibus
materiem seviendi non prebuissent facta mentione
aeternam hoste madidae cedibus eius operibus quam Romano
nomini prestitit locum quam inter meas et sunam
Anibal enim Emilii Pauli apud Canas trucidati
quesitum corpus quantum in ipso fuit inhumatum iacere

passus non est Hanibal Tyberium Gracchum lucanorum
circumventum insidiis cum summo honore sepulture mandat
et ossa eius in patriam portanda militibus nostris tradidit
Anibal Marcellum in agro Bruttio dum conatus
penorum cupidius quam consideratius speculatur interemptum
legittimo funere extulit punicoque sagulo et corona que
donatum laurea rogo imposuit / ergo humanitatis dulcedo — Premia humanitatis
etiam in efferata barbarorum ingenia penetrat / torvosque
et truces hostium mollit oculos / ac victorie insolentissimos
spiritus flectit / nec illi arduum ac difficile est inter arma contra-
inter districtos comminus mucrones placidum iter reperire
ac iram prosternit odium / hostilemque sanguinem hostilibus
lacrimis miscet / que Hanibalis etiam admirabilem vo-
cem pro funeribus romanorum ducum arbitria statuentem
expressit / nam aliquanto plus ei glorie Paulus et Graccus et
Marcellus sepulti quam oppressi attulerunt / siquidem illos punico
astu decepit / Romana mansuetudine honoravit / vos quoque
fortes ac pie umbre non penitendas sortiti estis exequias
nam ut optabilius in patria ita speciosius pro patria collapsi
supremi officii decus infelicitate amissum virtute recuperastis
Gratas vero animi significationes et ingrata facta — De gratitudine et ingratitudine
libuit oculis subicere ut vitio ac virtuti iusta mentes ex-
timationis ipsa comparatione accederet / sed quoniam toto proposito
sese distinxerunt nostro quoque stilo separentur priorumque locum obtine-
ant qui laudem quam qui reprehensionem merentur.
Et ut a publicis actis ordiar Marcium patrie interitum
minantem oppugnateque admotoque portis urbis ingenti
Volscorum exercitu funus ac tenebras Romano imperio
minitante Vecturia mater et Volumnia uxor ne-
pharium opus exequi precibus suis passe non sunt

in quarum honorem senatus matronarum ordinem benignis-
simis decretis adornauit Sanxit namque ut feminis semita
viri cederent confessus plus salutis rei p. in stola quam in
armis fuisse vetustisque aurium insignibus nouum uitte
discrimen adiecit permisit quoque hiis purpurea veste uti
et segmentis Insuper edem et aram fortune muliebri
eo loco quo Coriolanus exoratus fuerat facere curavit memo-
rem beneficii animum suum exquisito religionis cultu te-
stando quam secundi etiam belli punici tempore exhibuit
Cum enim a fuluio Capua obsideretur atque due Ca-
pane mulieres beniuolentiam erga Romanos animi
exuere noluissent uestia oppia mater familie et Cluuia
facula meretrix quarum altera pro salute cottidie sacri-
ficium fecit altera captiuis militibus romanis alimenta
subministrare non destitit urbe illa oppressa senatus
hiis libertatem et bona restituit et siquid amplius pe-
tissent libenter se daturum asseverauit vacasse
in tanto gaudio patribus conscriptis duabus humilibus
feminis et referre gratiam nec tam prese tulisse mirandum
Quid illa Romana iuuentute gratius que Quintio
Minucio consuli ultro nomina sua militari sacramento
obtulit ut tusculanis quorum fines equi occupauerant
presidium ferret quia paucis ante mensibus constantissime
et fortissime imperium populi Romani defenderant Ergo quod
auditu nouum est ne patrie grata voluntas cessasse ui-
deretur exercitus se ipse conscripsit
Clarum magni populi specimen in Q. fabio emicuit
Nam quia quinque consulatibus salubriter rei p. administratis
decessisset certatim es contulit quo maior et specio-
sior funeris eius pompa duceretur Eleuet aliquis ad pre-
mia virtutis cum animadvertat fortes viros feliciter sepeliri
quam vivere ignavos

abio aut etiam minucium summa ad gloria grate relata
Dictatori enim magister equitum minutius scito plebis quod
numquam ante factum fuerat equatus partito exercitu separatim cum
samnio cum hanibale conflixerat ubi temere inito cer-
tamine pestiferum habiturus exitum subsidio fabii liberatus
et ipse eum patrem appellavit et legionibus suis patroni
salutari voluit at deposito equalis imperii iugo magi-
sterio equitum sicut par erat dictature subiecit imprudentie
que erroris grate mentis significatio correxit
Cum hercule probabiliter Q. Terentius culleo pretoria
familia natus et inter paucos senatorii ordinis sple-
didus optimo exemplo affricani superioris currum triumphante
que captus a carthaginiensibus ab eo fuerat recuperatus pi-
leato capite gens secutus est auctori enim libertatis sue tamquam
proprii accepte beneficii confessione spectante populo Ro.
T. flaminei de philippo (meritum dedit (
rege triumphantis currum non unus sed duo milia
civium et pileata comitata sunt que is punicis bellis
intercepta in grecia servientia ad sua collecta in pristi-
num gradum restituerat geminatum eo decus imperatori a quo
simul et devicti hostes et conservati cives spectaculum
patrie prebuerunt illorumque salus dupliciter omnibus accepta
fuit et quia tam multi et quia tam grati exoptate liberte
statum recuperaverunt
Metellus vero pius pertinaci erga exulem patrem amore
tam clarum lacrimis quam alii victoriis cognomine as-
secutus non dubitavit consul pro Q. calidio pretore
candidato supplicare populo quia tribunus plebis legem
qua patre eius in civitatem restitueretur tulerat quin etiam
patronum eum domus et familie sue semper dictitavit
nec hac re de principatu quem procul dubio obtinebat

quitiz acersit cp non humili s grato aio no longe inferiore huius
maximo viro eximiam summittebat dignitatem
Iam C quidem Marii non solum precipuus s etia potens
grate mentis fuit impetus Duas eni Camertium cohortes
mira virtute vim Cimbrorum sustinentes in ipa acie ad
versus conditionem federis ciuitate donauit quodquidem factum
et vere et egregie excusauit dicendo inter armorum strepitum
verba se iuris ciuilis exaudire non potuisse et sane id
tps tuc erat quo magis defendere qz audire leges oportebat
In Marii vestigia vbiqz L Silla certatime laude subsequitur
Dictator eni priuato pompeio et capt ei apuit et sella assur
rexit et equo descendit eaqz libenter se facere in contione
professus est memor ab eo duo de xx annis nato ptes suas
exercitu paterno adiutas multa insignia pompeio s nescio
quicqz admirabilius contingerit cp magnitudine beneficii
sui non obliuisci Sillam coegit
Id aliquis in summo splendore etiam sordibus grate vocis
in Cornuto pectore sunt hyrcy et panse iussu senatus
locante tpu tuc libitinam exercebat tum tertio suare sponte
tum ministerium suum gratuitum polliciti sunt cp hy prorei
p. dimittantes occiderant perseuerantiqz postulatione
extuderunt ut exequiarz apparatus sestercio nummo illis p
bentibus adiceretur quorz laudem adiecta laude lege
conditio auget magestratum extenuauit quicquid questum
contempserunt nulli alij rei qz questui viuentes
Age tmezum suorz reges gentium exterarum firm huius
tam conteptum gregem referre se patienter qui aut
non attygnerit aut insi vltima pte domesticarum exemplorum
collocandi fuit s dum honesti acti ab infimis editi
sit memoria non intercidat licet sepatim locum obtineat
vt mixtum hijs adiecta neque illi plati videantur
Arius adhuc priuate fortune amicus filosofie famis

delectatus curiosa delectatione contemplatione fecit ut vltro
sibi equidem a cupido daretur cuius muneris que grata
existimatio cum eius esset allapsa regno potitus ostendit
totam namque urbem et insulam Samiorum Silasonti fru-
endam tradidit non enim precium rei extimandum sed occasio
liberalitatis honorata magis a quo id donum proficis-
ceretur quam ad quem perueniret prouisum
Mitridatesque rex magnifice gratus apparuit qui pro Leo-
nito acerrimo salutis sue defensore a Rodiis nauali
pugna excepto omnes hostium captiuos permutatur Equius
esse extimans ab inimicissimis circumueniri quam bene merito
gratiam non referre.
Liberalis populus Romanus magnitudine muneris quod attalo regi
Asiam dono dedit Sed attalus eciam testamenti equitate
gratus qui eandem asiam populo Romano legauit itaque nec huius
munificencia nec illius tam memor beneficii animus tot
verbis laudari potest quot amplissime ciuitates sue a-
micicie date vel pre reddite sunt
Ceterum nescio an propter Massinisse regis pectus gra-
ci pignoribus fuerit referendum fuerit beneficiis enim Scipio-
nis regni prouinciam munificenciis liberaliter auctus memoriam inclitis
muneris ad ultimum vite finem longa etiam a diis
immortalibus senectute donatus constantissime fide produxit
adeo ut eum non solum affrica sed cuncte gentes sciret
amicissimum Cornelie familie atque vrbi Romane qui
cum bello sibi quam sit superet ille cum grauiter Carthaginensium bello p-
remeretur ac vix tuitione imperii sui sufficeret tum Scipioni
Emiliano quem nepos Affricani erat bonam magnamque
partem numidie exercitus quam Lucullo consuli qui adauxi-
lia petenda emissus fuerat in hyspaniam duceret pron-
tissima mente tradidit priorisque patris respectum presenti

beneficiis anteposuit Ille ad etate deficiente magnas regni opes quatuor et l filios mto relinquens in lectulo laboraret M. Manilium qui pro consule Affricam obtinebat litteris obsecravit ut ad se Scipionem Emilianum sub eo tunc militatem mitteret feliciorem mortem suam futuram ratus si in complexu eius supremum spiritum ac mandata posuisset Ille adventum Scipionis fatis suis preavenientibus hec uxori liberisque precepit unum in terris populum Romanum et unam in populo Romano Scipionis domum nosse integreque omnia Emiliano reservare eumque dividendi regni arbitrum haberent quod is statuisset perinde testamento cantum immutabile ac sanctum obtinerent totumque rerum rebus se Massinissa infatigabili pietate ferre ad centesimum extendit annum Hys et horum similibus exemplis beneficium genus humanum nutritur atque augetur Hec sunt enim fasces hy stimuli propter quos iuvandi etiam merendi cupiditate flagrant et sane et amplissime et speciosissime divicie sunt feliciter erogata beneficia late posse censeri quorum religiosum cultum institutumque nunc neglectum sugillandi gratia quo sit gratior recesserim

Urbis nostre parentem senatus in amplissimo dignitatis gradu ab eo collocatus in curia laceravit nec putavit nephas ei vitam adimere qui eternum Romano imperio spiritum ingeneraverat rudem nimirum illud ferox seculum quod conditoris sui cruore fede maculatum ne summa quidem potest dissimulare pretas pt

Hunc ingrati lapse mente errorem consentaneo Civitatis nostre penitencia sequitur Unicum Romanorum et incrementum letissimum et tutela certissima Furius Camillus in urbe incolumitatem suam tueri non valuit urbis autem ipse salutem stabiliverat felicitatem auxerat c. v. capitulo ... cum

Tribuno ro. plebis tamquam peculator vehemente prose
reus factus dives atque ut ita dicam ferreis suis in
exilium missus est equidem eo turpe quo optimo iuvene
filio spoliatus solatius magis alleviandis quam cladibus
ornandis erat Sed immemor patria tanti viri maximorum
meritorum exequias filii damnatione patris infecit
At inquit exactio abesse tribunum querebant ex
eius tanta namque viri pena fuit et indignam
summam perexiguam et potius tali careat
Recentiore adhuc querela vibrante alia deinceps
exurgit Affricanus superior non solum concussam etiam
fractam belli punici armis rem p. Sed pene iam
exanguem atque morientem Carthaginis domitam
reddidit aug clarissima opera in urbis pensando ci-
vitate ignobilis eum ac deserte paludis accolam fe-
cerunt eiusque voluntariam exilii acerbitatem nova-
tus admisseros tulit sepulcro suo inscribi iubendo
ingrata patria nec ossa quidem mea habes quid ista
aut necessitate indignus aut querela iustus aut ultione
inmoderatus cineres enim suos negavit Rome quam in
cinerem collabi passus non fuerat
Igitur hanc unam Scipio vindictam ingrati animi
urbs et sensit maiorem ille exule Coriolani violenta
Ille enim metu patriam pulsavit hic verecundia de quo te
ne queri quidem tanta vere preter costantia non post fata sivit
Alia passo credo que fratri eius accidere solatio esse
potuerunt Cui rex antiochus devictus Asia imperio
populi adiecta speciosissimique triumphus ut peculatus
reus fieret et in carcerem duci iuberetur causam prebuit
Nichilo vite posterior Affricanus aut minor sed nec exitu
quidem felicior duabus enim urbibus numantia atque cartagine

imperio Romano imminentibus ex rerum natura depulsis raptorem
ipse domi invenit mortem pastorem in foro non repperit
Quis ignorat tantum laudis Scipionem Nasicam toga quantum
armis utrumque assecutum meruisse qui pesciferam tiberii
manum faucibus oppressam rem publicam strangulari passus non est
Sed civium propter iniquissimam virtutum suarum apud cives
extimationem sub titulo legationis Pergamum secessit et quod
vite superfuit ibi sine ullo ingrate patrie desiderio peregit
In eodem nomine versor nec dum cornelie gentis querelas
exhausi Namque P. lentulus clarissimus et amantissimus
rei publice civis cum in aduentino C. Gracchi nepharios
conatus et aciem pia et forti pugna magnis vulneribus
exceptis fugasset prelii illius quo leges pacem libertatemque
in suo statu retinuerant hanc mercedem tulit ne in urbe
nostra moraretur siquidem invidia obtrectatione pulsus legatione
a senatu libera impetrata obiectaque contione qua
a diis immortalibus petiit ne umquam ad ingratum populum re-
verteretur in Sicilia profectus est ubique perseveranter morando
compotem se voti fecit
Iamque deinde igitur Cornelii totidem sunt notissima in-
grate patrie exempla atque horum quidem secessus voluntarii hala
vero tam ingratam experiens civium melium regnum affectantem
occidisset custodie libertatisque civium exilio suo penas pependit
Ceterum ut senatus populique mens in modum subite tem-
pestatis concitata levi querela prosequenda est ita sin-
gulorum ingrata facta liberiore indagatione proscribenda
sunt quia potentes consilii cum utraque ratione perpendere
liceret scelus pietati pretulerunt
Quo enim nimbo qua procella verborum impium Sextilii
caput obrui mereretur qui C. Cesarem quo tam studiose
cum infeliciter gravissimi criminis reus defensus fuerat
Cinnane proscriptionis tempore profugum presidium suum in fundo

Tarquiniensi cladis conditione implorare beneficij vita
repetere coactum a sacris penetralibus mense et altaribus nepha
dorum penatium auulsum truculento victori iugulandum
tradere non erubuit Finge accusatorem eius fortune publice
in supplicijs nomen conuersum tam luctuosam illam ope
gemibus amissum orasse crudeliter tamen repulsus videretur
quod quos nimie miseros fecerant gratiosos misere red-
dunt verum Sextilius non accusatorem sed promptissime se-
nissime nimia violenter suis manibus obiecit si metu mor-
tis vita dignus premium spe dignissimus morte
Eo ut ad aliud consentaneum huic ingrati animi actum
transgrediar M. Cicero C. Popilium lenatem picene re-
gionis rogatu M. Celij cum minore cura quam eloquentia
defendit eumque causa admodum dubia fluctuantem saluum
ad penates suos remisit Hic popilius postea nec re
nec verbo a Cicerone lesus ultro M. Antonium rogauit
vt ad illum proscriptum persequendum et iugulandum mit-
teretur impetratisque detestabilibus ministerij partibus gaudio
exultans Caietam cucurrit et virum omitto quod amplissime
dignitatis certe salubritati studio prestantis officij pri-
uatim sibi venerandum iugulum prebere iussit ac protinus
caput Romane eloquentie et pacis clarissima dextera
per summum et securum ocium amputauit eaque sarcina tamquam
opimis spolijs alacer in vrbem reuersus est Neque enim
scelestum portanti onus succurrit illud se caput ferre quod
pro capite eius condam perorauerat Inualide ad hoc
monstrum sigillandum littere quia nemo qui talem Ciceronis casum satis
digne plorare possit alius Cicero non exista extat
Vo te nunc magne pompei attingam iam nescio
nam et amplitudinem fortune tue que condam omnes
terras occupauerat intueor et omnia maria fulgore suo
Fortunam eius maiorem esse quam vt manu mea

Attentari debeat meminisse scilicet tu nobisque tacentibus Gn. Carbonis
a quo admodum adolescens de paternis bonis in foro dimicans
protectus es iussu tuo interempti mors civis hominis ne sine aliqua
reprehensione observabitur quia tam ingrato facto plus L. Sille
viribus quam proprie indulsisti verecundie
Et ne nostra confessis alienigene urbes insultant Carthaginenses
Hannibalem qui pro illorum incolumitate et victoria tot imperatores
totque exercitus nostros trucidaverat quot gregarios milites ho-
stium occidisse magne glorie foret de conspectu suo submovere
in animum induxerunt
Nihil enim ligurgo aut maiorem aut utiliorem virum
lacedemon genuit utpote cui Appollo phitius oraculum pe-
tenti respondisse fertur nescire se utrum illum hominum an deorum
numero aggregaret hunc tamen neque vite summe sinceritate neque
constantissimus erga patriam amor neque leges salubriter ex-
cogitate auxilio esse potuerunt quo minus infestos cives experiretur
Sepe enim lapidibus petitus aliquando furore eiectus publico etiam
furore privato ad ultimum ipsa patria pulsus est Quid alie
facient urbes ubi etiam illa que constantie et moderationis
et gravitatis eximiam sibi laudem vendicat tam ingrata
adversus tam benemeritum extitit
Detrahe atheniensibus Thesea aut nulle aut non tam
clare athene erunt siquidem ille locatim dispersos cives suos
in suam unam urbem contraxit separatimque et agresti more
viventi populo amplissime civitatis fortunam atque ymaginem
imposuit Idem fera potentissimi regis minois imperia
vix dum etate pubescente repulit Idem effrenatam the-
barum insolentiam domuit Idem opem liberis herculis
tulit et quicquid ubique monstri aut sceleris fuit virtute
animi ac robore dextere comminuit hic tamen submoti ab
atheniensibus tyros exule minor insula ossa mortui recepit
Iam Salon qui tam preclaras tamque utiles athe-
niensibus leges tulit ut si hys perpetuo uti voluissent

Sempiternum habituri fuerunt impium qui Salamina velut
hostilem arcem ex propinquo saluti eorum imminentem reci-
pavit qui Phisistrati tirannidem primus vidit orientem solus
armis opprimi debere palam dictare usus est senectutem
Cypri profugus exegit neque ei in patria de qua optime me-
ruerat humari contigit
Bene gessissent Athenienses cum Meltiade si eum post
CCC milia Persarum Marathone devicta in exilium protinus
misissent hac non in carcere et vinculis mori coegissent ut
puto a ceteris senile adversus optime meritum habuisse du-
xerunt immo nec corpus quidem eius sit expirare coacti sepul-
ture prius mandari passi non sunt quam Cimon filius eius
eisdem se vinculis constringendum traderet hanc hereditatem pa-
nam maximi ducis filius et futurus ipse etatis sue dux
maximus solam se cepisse catthenas et carcerem gloriari potuit
Aristides etiam quo totius Grecie iusticia censetur continentie
quam exemplum speciale patria iussus excedere est felices Athenas
que post illius exilium invenire aliquem aut virum aut amantem
sui civem potuerunt cum quo tunc ipsa sanctitas migravit
Themistocles eorum qui ingratam patriam experti sunt
celeberrimum exemplum cum illam incolumem claram opulentem
principem Grecie redidisset eousque sensit iniquam ut Xersis
quem paulo ante debellaverat non debitam sibi misericordiam
profugere necesse haberet
Phocion vero hiis dotibus que ad pariendum hominem
potentissime iudicantur clementia et liberalitate instru-
ctissimus non tamen in eculeo Atheniensibus positus est sed etiam
post obitum nullam Attice regionis que ossibus eius mice
glebulam invenit iussusque extra fines proicitur inter quos
optimus civis vixerat
Quid abest quin publica dementia sit existimanda summo
consensu maximas virtutes quasi gravissima delicta
punire beneficiaque iniuriis rependere quod cum ubique tum precipue
Athenis intollerabile videri debet in qua urbe adversus
ingratos actio constituta est et recte quia dandi et recipiendi

Beneficiorum commercium sine quo vix vita hominum extat perdit tol-
lit quisquis benemerito parem referre gratiam negligit quanta
ergo reprehensione meretur qui cum equissima iura et
iniquissima ingenia habeant moribus suis quam legibus uti
maluerint Et si qua providentia deorum effici posset ut
excellentissimi viri quorum modo casus retuli legem ingratorum
vindicem tenentes patriam suam in ius ad aliam
civitatem pertraherent nonne ingeniosum et garrulum populum
mutum elinguem ac postulatione reddidissent
Istordes ipsa tui pectoris dividua figura grecie facta est
columen licet Marathon per suas tropheis luceat Salami-
nia et Artemisium Persis naufragia numerantur per
validis manibus exhausta menia pulcrioribus opibus con-
surgunt harum rerum auctores ubi vixerunt ubi iace-
ant responde nempe Theseum parvulo in scopulo sepelivi et
Miltiadem in carcere mori et Cimonem paternas indue-
re cathenas et Themistoclem victorem victi hostis genua
complecti Solonemque cum Aristide et Phocionem pe-
nates suos ingrata fugere coegisti cum interim cineribus in-
fede et miserabiliter dispersis Oedipodis ossa cede patris
impiatis matris contaminata inter ipsum Ariopagum divini
atque humani certaminis venerabile domicilium et excelsis
presidiis minerve arcem honore are decoratos sa-
cros sacerdotes colis adeo tibi aliena mala tuis bonis
gratiora sunt lege itaque legem que ~~...~~ iureiurando
astrictam tenet et quia benemeritos debita premia voluisti
lesis iusta piacula exsoluisti tacent mute illorum um-
bre fati necessitate constricte at inmemores beneficiorum atque
reprehensionum lingua sermone licenti soluta non tacet sed ob-
iectam ingratos et potius de presentibus loquamur aliquanto
enim satis est favorabilius quam invisse rei comparare venite igitur
in manus vestras prospera presentium nota felicibus auspiciis propagate

Soboles que efficiat ut et genuisse iuvet et generatae liceat
Coriolanus maximi vir animi [5 3] De pietate erga parentes.
altissimi consilii optimeque de re publica meritus iniquissime
dampnationis ruina prostratus ad volscos infestos tunc roma-
nis confugit magno ubique pretio virtus extimatur itaque qui
latebras quesitum venerat ubi brevissimum adeptus imperium
eventumque ut quem pro se salutarem imperatorem cives
habere noluerant pene pestiferum adversus se ducem experi-
rentur frequenter enim fusis exercitibus nostris victoriarum suarum
gradibus aditum maxima venia urbis volsco militi stru-
xit quapropter fastidiosus ille in extimandis bonis suis
populus qui reo non pepercerat exuli coactus est supplicare
missi ad eum deprecandi legati nichil profecerunt missi deinde
sacerdotes cum infulis eque sine effectu redierunt stu-
pebat senatus trepidabat populus viri pariter atque mulieres
exitium imminens lamentabantur tunc Veturia Coriolani
mater Volumniam uxorem eius et liberos secum trahens
castra volscorum petiit quam ubi filius aspexit pre omnes
matris complexum petiit illa ex precibus in iram versa
dixit sine ut prius quam amplexum accipiam sciam an ad
hostes an ad filium venerim captiva mater ne in castris
sim tuis In hoc me longa vita et infelix senecta tra-
xit ut exulem deinde te hostem viderim potuisti po-
pulari hanc terram que te genuit atque aluit nisi te pe-
perissem Roma non oppugnaret multa insuper ad-
didit complorando quibus uxor et puer fletibus
motus matrem complexus Expugnasti inquit patria et
vicisti iram meam precibus huius admonitus cuius
utero delapsus sum quamvis merito michi invisam dono
continuoque agrum romanum hostilibus armis liberat
ergo pectus dolore accepte iniurie spe potiende victo-
rie verecundia detractandi ministerii metu mortis

refertum totum ut pyetas vacuefecit utrumque parentem a=
specto bellum salutari pace donavit

Eadem pyetas viribus suis inflamatus Affricanus supi=
orem vix dum anos puerilitatis ingressum ad opem
patri in acie ferendam virili robore armavit Consu=
lem enim eum aput Ticinum flumen adversis auspiciis cum
Hannibalem pugnantem graviter saucius intercessu suo
servavit neque illum aut etatis aut miliciae tirocinium
aut infelicis prelii etiam veterano bellatori pertimescendus
exitus interpellare potuit coronam duplici gloria conspicuam
coronam imperatoris simul et patria et patris morte rapto meruit

Urbibus ista tam preclara exempla romana civitas
accepit illa vidit oculis L. Manlio torquato die ad
populum pomponius tribunus plebis dixerat quod actione bene
faciendi belli inductus legittimus obtinendi imperii tempus
excessisset quodque filium optime indolis iuvenem rustico ope=
re gravatum publicis usibus subtraheret idque postquam Manlius
adolescens cognovit protinus urbem pecit et se in Pomponii
domum prima luce direxit qui existimans in hoc eum ve=
nisse ut patris crimina a quo preter iusto aspere tractabatur de=
ferret excedere omnes iussit cubiculo quo liberius remotis
arbitris indicium pageret nactus occasionem oportunam promo=
to suo iuvenis gladium quem tectus attulerat distrinxit itque
Tribunum minis ac terrore compulsum iurare coegit
a patris eius accusatione recessurus eoque effectum est ut ne
torquatus causam diceret commendabilis est virtutis pyetas que
mansuete parentibus prestatur Set Manlius quo horridi=
orem patrem habuit hoc periculo eius laudabilius
subvenit qui adeo diligendi preter naturalem amorem
nullo indulgentiae blandimento invitatus fuerat

Hanc pyetatem emulatus Cn. toccia corpore die quo togam
virilem sumpsit protinus ut e capitolio descenderet Cn.:

Carbonem a quo pr eius dampnat fuerat postulauit per tractumque reum indicio afflixit et ingenium et adolescenciam preclaro ope auspicatus est
Put Gaius flaminius autoritas patria eque potens fuit Nam cum Tr plebis legem de gallico agro uiritim diuidendo inuito et repugnante senatu promulgasset Pater[que] eius acerrime resistens ac nec exercitum quidem aduersum se conscripto si in eadem sententia perseueraret absterritus postquam pro rostris ei legem referenti pr manum obiecat priuato fractus imperio descendit e rostris ne minimo quidem murmure destitute condicionis reprehensus
Magna sunt hec uirilis pietatis opera sed nescio an his omnibus ualentius et animosius claudie uestalis uirginis factum que ad patrem suum triumphantem e curru uiolenter tribunum manum trahi animaduertisset mira celeritate utrisque se interponendo amplissimam potestatem inimicitiis accensam depulit Igitur alterum filia in eadem ueste duxit nec discerni potuit utrum plus laudis tribucre cui uictoria an cui pietas comes aderat Ignoscite uetustissimi foci ueniamque eterni date ignes si uestro sacratissimo templo ad necessarium magis quam speciosum urbis locum contextus operis nostri progressus fuerit nam ex acerbitate fortune nullis sordibus pretiosa caritas pietatis euilescat sed spectatior eo certior quo miserior experimentum habet
Sanguinis ingenui mulierem pretor apud tribunal suum capitali crimine dampnatam triumuiro in carcerem necandam tradidit quo receptam is qui custodie preerat misericordia motus non protinus strangulauit aditum quoque ad eam filie sed diligenter excussae ne quid cibi inferret dedit existimans futurum ut inedia consumeretur cum autem plures iam dies ~~curiosus~~ intercederent secum

filia nutrit uberibus Matrem et patrem

ipse querens quidnam esset quo tam diu sustentaretur curi-
osius observata filia animadvertit illam extracto ubere fa-
mem matris lactis sui subsidio lenientem que tam ad-
mirabilis spectaculi novitas ab ipso ad triumvirum a tri-
umviro ad pretorem ad consilium perlata remissionem
pene mulieri impetravit. Quo non penetrat aut quid
non excogitat pietas que in carcere servande genitricis nova
rationem invenit. Quid enim tam inusitatum quid tam in-
auditum quam matrem uberibus nate alitam putaret aliquis
hoc contra naturam factum nisi diligere parentes prima nature lex esset.
Idem predicatum de pietate eius existimetur que patrem
suum Cimona de consimili fortuna effectum parique custodie
traditum iam ultime senectutis velut infantem pectori
suo admotum aluit. Herent ac stupent hominum oculi cum
huius facti pictam imaginem vident. Casusque antiqui con-
ditionem presentis spectaculi admiratione resonant
illis mutis membrorum liniamentis viva ac spirantia
corpora intueri credentes quod necesseque est animo evenire
aliquanto efficatiore pictura litterarum vetera pro recentibus ad-
monitos recordari.
Ne te quidem Cimon silentio involvam qui patri tuo
sepulturam voluntariis vinculis emere non dubitasti
nam et si maximum tibi postea et civi et duci evadere
contigit plus tamen aliquanto laudis in carcere quam in curia asse-
cutus es. Cetere enim virtutes admirationis tantummodo multum
pietas vero etiam amoris plurimum meretur.
Vos quoque fratres memoria complector quorum animus
origine fuit nobilior siquidem admodum humiles in hi-
spania nati parentum alimente spiritus erogando spectatis
exitu vite inclaruistis xii enim milibus nummum que pa-
mortem vestram hiis darent a patre pacti estis

Vt eorum patris interfectorem e pastum gente sue tirannum
occideretis nec ausi solum insigne facinus estis sed etiam
strenuo forti exitu claruistis hinc enim manibus petiete
vltionem expasti penam genitoribus mutuam vita nobis
gloriosa facta peperiste itaque tumulis etiam nunc uiuitis
qui parentum senectutem tuerique nostram satis expectare
Clariora sunt fratrum pia Cleobis et biton ac Dyriste
philomen et anaphias illique ad sacra iunonis pergendi
matrem vexerunt hij quod patrem et matrem humeris
per medios ignes portarunt Neutris pro spiritu parentum
expirare propositum fuit Nec ego argivam detracto laude
aut ethem montem gliam involuerim vere obscuri
ori propter ignorantiam pietatis notitie lumen admoneo
Et aut satis libenter pietatis testimonium reddo Dario
enim totis regni sui viribus in eorum regionibus subitum im
petum facienti paulatim cedentes ad ultimas iam so
litudines pervenerant Interrogati deinde ab eo per legatos
quem finem fugiendi aut quod initium pugnandi
facturi essent Responderunt se nec urbes ullas nec agros
cultos pro quibus dimicarent habere Ceterum cum ad parentum
suorum monumenta venissent scituri quemadmodum Scythe
preliari solerent quoque tam pro dicto inhumanus et bar
bara gens ab omni feritate se tunc reddemit Prima igitur
et optima rerum natura pietatis est magistra que nullo voce
ministerio nullo usu litterarum indigens propriis ac tacitis vi
ribus caritatem parentum pectoribus liberorum infundit
Quid igitur doctrina proficit ut politiora scilicet non
ut meliora fiant ingenia quoniam quidem solida virtus nascitur
magisque fingitur Crates palustres vagos et silvarum
latebris corpora sua tegentes in modum quoque ferarum lani
atu pecudum vivientes sic Dario respondere docuit

filius mutus loquitur et patrem a morte eructu

Illa mirificia que etiam Cresi filium loquendi usu destitutum
ad protegendam patris incolumitatem ministerio vocis
instruxit / capte enim a Ciro sardibus cum unus ex numero per-
sarum ignarus viri in cedem eius concitato impetu ferretur
filius velut oblitus quid sibi fortuna nascente denegasset
ne Cresum regem occideret proclamando pene iam
impressum iugulo mucronem revocavit / ita qui ad
id tempus mutus sibi vixerat saluti parentis notabilis
Eadem caritas italico bello   factus est
pinnensem iuvenem cui plutoni erat cognomen tanto
cum corporis quam robore armavit ut cum obsesse urbis sue
claustris presideret et romanus imperator patrem eius captivum
in conspectu eius constitutum districtis militum gladiis
trucidaturum se minitaretur nisi irruptioni sue iter
prebuisset solus e manibus eorum senem rapuit duplici pi-
etate memorandus quod et patris servator nec patrie proditor fuit

De pietate erga fratres

Hanc caritatem proximus sine benivolentie gradu
excipit nam ut multo primum amorum vinculum ducitur
plurima et maxima beneficia accepisse ita proximum iu-
dicari debet simul accepisse quorum copiose eius suavitatis
illa recordatio est in eodem domicilio antequam nascerer ha-
bitavi in eisdem cunabulis infantie tempora peregi eosdem ap-
pellavi parentes eadem pro me vota excubuerunt parem
ex maiorum imaginibus gloriam traxi cara est uxor dulces
liberi iocundi amici accepti affines sed post ea cognitam
in illa benivolentia attendere debet que prius exhauriat
Cuius teste Scipione affricano loquor qui tametsi
artissima familiaritate Lelio iunctus erat tamen senatum
suppliciter oravit ne provincie sors fratri suo erepta ad eum
transferretur legatumque se L. Scipioni promisit et maior
natu minori et fortissimus et bellica gloria excellens laude

mopi et quod super omnia est nobili Asiatico iam Affricanus regis cla-
rissimorum cognominum alterum suscepisset alterum dedit triumphis
preterea eius cepit illius tradidit ministerio maior aliquo
Marcus vero fabius consul inclita pugna // quam fratre Gnpio
et Samnitibus et Vegetibus superatis delatum sibi summo senatus
populique studio triumphum ducere non sustinuit eo proe-
lio Q. fabius frater eius consularis fortissime dimicans
occideret quantam in eo pectore pietatem fraterne caritatis fuisse
existimemus propter quam tanti amplissimi honoris fulgor ex-
Vidit etiam vetustas illo seculo nostrum ortus tingui potuit
est cui contigit fratrum iugum claudie prius nunc autem Iulie
gentis intueri Tantum enim amorem princeps parensque noster
insitum animo suo Drusi habuit nec ad ticinum quo victor ho-
stium ad complectandos parentes venerat gravi illum et peri-
culosa valitudine in germania fluctuare cognovisset per-
idem metu attonitus erumperet iterque quam rapidum et preceps
velut uno spiritu corripuerit eo patet quod alpes Renumque trans-
gressus die ac nocte mutato subinde CC milia passuum
per modo devictam barbariam antabagio duce sola
comite contentus evasit sed eum ad maximo labore et periculo
implicatum mortaliumque frequentia destitutum sanctissimum pietatis
numen et dii fautores eximiarum virtutum et fidelissimus
Romani imperii custos Iupiter comitatus est Drususque ipse fato
iam suo quam illius officio propior erat vigore spiritus et corporis
viribus collapsus eo tamen quo vita ac mors di-
stinguitur momento legiones cum insignibus suis fratri ob-
viam procedere iussit ut imperator salutaretur preciperet
etiam dextera in parte pretorium nomen obtinere volens eodem
quoque tempore et fraterne maiestati cessit et vitam excessit et con-
sulare et imperatorium nomen obtinere voluit
His scio equidem nullum aliud quam Castoris et Pollucis specimine
consanguinee caritatis convenienter adici posse sed ob

memorie clarissimis imperatoribus profecto non erat ingratum
si militis summa erga fratrem suum pietate huic parti voluminis ad
hesit Is namque in castris Cn. pompei stipendia peragens
cum sertorianum militem acrius sibi in acie instantem
comminus interemisset iacentemque spoliasset ut fratrem germanum
esse cognovit multum ac diu convicio deos ob donum impie
victorie insecutus prope castra transtulit et preciosa veste opertum
rogo imposuit ac deinde subiecta face protinus eodem gladio
quo illum interemerat pectus suum transverberavit seque super
corpus fratris prostratum communibus flammis cremandum tradidit
licebat ignorantie beneficio innocenter vivere sed ut sua potius
pietate quam aliena venia uteretur comes fraterne neci non defuit

c. 7 De pietate erga patriam

Carissimis sanguinis vinculis pietas satisfecerit restat
ut patrie exhibeatur cuius maiestati etiam illa que deorum
numinibus equatur auctoritas parentum vires suas subiciat fraterna
quoque caritas animo equo ac libenter cedit summa quidem cum ratione
quia eversa domo integer rei publice status manere potest urbis autem ruina
penates omnium secum trahat necesse est verum quid attinet
verbis ista complecti quorum tanta vis est ut aliqui saluti
sue impendio testati sunt

Brutus consul primus cum Arronte tarquinii superbi regis
expulsi filio in aciem ita equum concitavit ut pariter illatis
hastis ambo utrique mortifero vulnere icti exanimes prosternerentur
obiecerim populo Romano libertatem suam magno stetisse

Cum autem in mediam partem fori vasto ac repentino
hiatu terra subsideret responsumque esset illum tantummodo compleri
posse quo populus Romanus plurimum valeret Curtius et animi et generis
adolescens interpretatus urbem nostram virtute armisque pre
cipue excellere militaribus insignibus ornatus equum conscendit
eumque vehementer admotis calcaribus precipitem in illud
profundum egit super quem universi cives honoris gratia certatim
fruges iniecerunt continuoque terra pristinum habitum recuperavit

mana postea in foro romano fulserunt et nullum tamen hodie
propter Curtii erga patriam obusatur item cum principa-
tum glorie obtinenti consimile factum subnectam
Genucio Cipo pretori paludamento portam egredienti
novi et inauditi generis prodigium incidit namque in
capite eius subito veluti cornua eruperunt responsumque est
regem eum fore si in urbem revertisset quod ne acci-
deret voluntarium ac perpetuum sibi indixit exilium di-
gnam pietatem que quantum ad solidam gloriam attinet
septem regibus preferatur cuius testande rei gratia capitis
effigies eree porte qua excesserat inclusa est dictaque
erandecola olim cui randea dicebatur
Genucii laude similes aliorum excogitari vix posset
pre successionem tradidit Elio pretori cum ius dicenti ad
in capite picus consedisset aruspicesque affirmasset eo
servato eo fore ipsius domum statu felicissimam rei p.
miserrimam occiso in contrarium utriusque cessurum eventum
ministrum occiso in contrarium utriusque cessurum eventi-
picum morsu suo in conspectu senatus necavit decem
et septem milites familiam eius fortitudine virorum
et septem militum familiam eximie fortitudinis viros
Cannensi prelio amisit rei p. procedente tempore ad summum
imperii fastigium excessit hec nimirum exempla Silla et Ma-
rius et Cinna tamquam stulta riserunt

P. Decius Mus qui consulatum et familiam suam primus — Decius l. 1. c. 7. § 3.
intulit cum latino bello romanam aciem inclina-
tam pene iam et prostratam videret caput suum pro
salute rei p. devovit ac protinus concitato equo in medium
agmen patrie salutem sibi mortem petens irrupit
factaque ingenti strage plurimis telis obrutus super cor-
ruit ex cuius vulneribus et sanguine insperata vi-
ctoria emersit unicum ad hunc talis imperator specimen
esset nisi animo suo respondentem filium genuisset

Is namque in quinto consulatu patris exercitum fecit devotione simili eque strenua pugna consentaneo exitu labentes prostratasque vires urbis nostre correxit. Itaque dignosci arduum est utrum Romana civitas utilius Decios habuerit duces an amiserit, quoniam vita eorum ne vinceretur obstitit, mors fecit ut vinceret.

Non est extinctus pro re publica superior Scipio Affricanus sed admirabili virtute ne ea potius extingueretur providit. Siquidem cum afflicta Cannensi clade urbis nostre nichil aliud quam preda victoris victoris ex Hanibalis videretur, ideoque reliquie prostrati exercitus deserende Italie auctore L. Metello consilium agitarent, tribunus militum admodum iuvenis stricto gladio mortem unicuique minitando iurare omnes numquam se relicturos patriam coegit, pietatemque non solum ipse plenissimam exhibuit sed etiam ex pectoribus illorum abeuntem revocavit.

Age ut a singulis ad universos transgrediar, quanto et quam equali amore patrie tota civitas flagraverit narrabo. Publico exhausto erario ne deorum quidem cultui sufficere publicani ultro aditos censores hortati sunt ut omnia sic locarent tamquam res publica pecunia abundaret, seque prestaturos cuncta nec ullum assem nisi bello confecto se petituros.

Omnesque servorum illorum quos Sempronius // pollicitati sunt Gracchus ob insignem pugnam Beneventanam manumiserat pretia ab imperatore exigere supersederunt. In castris etiam non eques centurio stipendium dari sibi desideravit. Viri ac femine quicquid auri vel habuerunt, item pueri insignia ingenuitatis ad sustentandam temporis difficultatem tunc contulerunt. At ne beneficio senatus quidem muneribus huius functos tributi honore liberaverat quisque uti voluit, sed insuper id omnes promptissimis animis prestiterunt. Non ignorabam enim capta urbe Veis cum decimarum nomine quas Camillus voverat aurum Apollini Delphico

mitti oporteret neque emendi ei facultas esset matronas in erarium ornamenta sua intulisse Similiter audi etiam pondo auri quod Gallis pro obsidione capitoly promissum debebatur earum cultu expletum Itaque ex proprio ingenio et exemplo vetustatis admoniti nulla sibi in re cessandum existimaverunt

Sed externa eiusdem propositi exempla attingam Rex Atheniensium Codrus cum ingenti hostium exercitu inhabitata regio debilitato ferro igni vastaret diffidencia humani auxilij ad apollinis delphici oraculum confugit perque legatos sciscitatus est quo nam modo tam graue illud bellum discuti posset Respondit (apollo) deus ita finem ei fore si se hostili manu occidisset Quod quidem non solum (doriensium) atheniensium in castris sed etiam contrariis pertotis crebruit eoque factum est ut ediceretur ne quis Codri corpus vulneraret Id postquam cognovit depositis insignibus imperii familiarem cultum induit ac pabulantium hostium globo se obiecit unumque ex his falce percussum in cedem suam compulit Cuius interitu ne athene occiderent effectum est

Codrus
vide l. 2. capitulo 28

Ex eodem fonte pietatis Trasibuli quoque animus manauit Qui cum atheniensium urbem xxx annorum tirannorum deterrima dampnatione libertate cuperet paruaque manu maxime rei molem aggrederetur et quidam e consociis dixisset quantas tandem tibi athene pro libertate consecute grates debebunt Respondit Dii faciant ut quantas ipse illis debeo videar retulisse Que affectum inclitum destructe tirannidis opus laude cumulauit

Themistocles autem quem virtus sua victorem iniuria patrie imperatorem persarum fecerat ut ab ea se obpugnanda abstineret instituto sacrificio exceptum patera tauri sanguinem hausit et ante ipsam aram quasi quedam pietatis clara victima concidit quo quidem tam

memorabili eius egressu ne Grecie altero Temistocle o
eet effectum est
Sequitur eiusdem generis exemplum Cum inter Cartha
ginem et Cyrenes de regione agri pertinacissima contentio
esset ad ultimum placuit utrique eodemque tempore iuvenes m
itti et locum in quem convenissent finem ambobus
populis esse Verum hoc pactum Carthaginenses duo fr
nomine Phileni perfidia preverterunt citra constitutam ho
maturato gressu in longinqua promote timens quod ad ...
lexissent Cirenentii iuvenes dum fallacia eorum questi
tremo acerbitate conditionis in ruinam discutere
nati sunt Dixerunt namque sic eum finem tantum fore
Phileni iuvenes ibi se obrui passi erant si consilio eve
non credit Illi enim nulla interposita mora corpora s
hys ita opprimenda tradiderunt qui preter vite sue l
giores esse terminos maluerunt bene iacent manibus et o
sius dilato punico imperio ubi sunt superbe Carthaginis
alta menia ubi maritima gloria inclyti portus
litoribus terribilis classis ubi tot exercitus ubi tantus e
tatus ubi immenso affrice spatio non contenti spiritus o
ista duobus Sapientibus fortuna parcita est ad Philenorum
egregii facti memoriam nec patrie quidem interitum in
teruit Sed tamen excepta virtute quod morti ac m
mi immortale queri possit iuvenili ardore plena hystoria
Aristotiles vero summe vite reliquias senilibus ac rugosis
membris in summo litterario otio vix custodiens adeo val
pro salute patrie incubuit ut eam ab hostilibus armis solo
tum in lectulo atheniensi iacens eripuit a macedonum
manibus quibus abiecta erat eriperet ita urbs non tam strateg
ac eversa Alexandri quam restituta Aristotilis nota est op
Sed quid quam benigne quamque profuse patres erga patriam omni
ordinum omnis etatis homines extiterint Sanctissimis in
legibus vivificare etiam exteriorum clara mundi subscripta testi

De pietate parentum erga liberos

Nunc vela pii et placidi affectus pandantur ergo liberos
indulgentia salubrique aurea preceda gratam suavitatem
dotem secum afferant
Fabius rutilianus quinque consulatibus summa cum dignitatis
gloria peractis omnibusque et virtutibus et vite meritis suppe-
ditans legatus ire cum fabio gurgite filio ad bellum dif-
ficile et periculosum conficiendum gravatus non est pene
ipso per se duntaxat animo sine corpore militaturus utpote propter
ultimam senectutem lectuli ocio quam labori aptiorum
habilior idem triumphantem equo insidens sequi eum
quem ipse parvulum triumphis suis gestaverat in manibus
voluit posuit nec accessio gloriose illius pompe sed
auctor spectatus est
Quam speciosa Cesetii equitis romani fortis patris
indulgentia qui a cesare omnium iam externorum et
domesticorum hostium victore abdicare filium suum
iubebatur quod is tribunus plebis cum marullo collega
tamquam regnum affectanti fecerat invidiam
hunc modum respondendo sustinuit celerius tu mihi cesar
omnes filios meos eripias quam ex hiis ego unum nota mea
pellam habebat autem duos preterea optime indolis
filios quibus cesar se incrementa dignitatis benigne da-
turum pollicebatur hanc patrem tam et si summa divini
principis clementia tutum prestitit quis tamen non humano
ingenio maius ausum putet quod cui totus terrarum orbis
succubuerat non cessit
Nescio an octavius Balbus concitatioris et arden-
tioris erga filium benivolentie fuerit proscriptus enim
cum domo postico clam esset egressus iamque fuge
expeditum initium haberet postquam filium intus trucidari falso
clamore vicinie accepit se ei necem quam evaserat obtu-
lit occidendumque militibus se tradidit pluris unum illud
momentum quo illi preter spem incolumem videre

filium contigerat atque salutem suam existimans in ferocis
adolescentis oculis quibus amantissimum sui patrem ipsius
opera sic expirantem intueri necesse fuit

Cetrum ut ad iocundiora cognitu veniam Seleuci
regis filius Anthiochus noverce Stratonices infinito
amore correptus memor quam in probis facibus arderet pie
impatoris wlnus pia dissimulatione contegebat Itaque
diversi affectus hysdem visceribus ac medullis inclusi summa
cupiditas et maxima verecundia ad ultimam thabem
corporis eius redegerunt Iacebat ipse in lecto moribundo
similis lamentabantur necessarii pater merore prostratus de obitu
unici filii sui deque sua miserrima acerbitate cogitabat
totius domus funebris magis quam regius erat vultus
Sed hanc tristicie nubem Leptinis mathematice vel ut
quidam tradunt Erasistrati medici providencia discussit
Iuxta enim Anthiochum sedens ut eum ad introitum Strato-
nices rubore perfundi spiritu incitari atque egredien-
te pallore et excitationem anhelitum subinde recuperare
animadvertit curiosiore observatione ad ipsam veritatem
penetravit Intrante enim Stratonice et rursus abeunte bra-
chium adolescentis dissimulanter apprehendendo modo ve-
getiore modo languidiore pulsu venarum comperit cuius
morbi eger esset protinusque id Seleuco exposuit qui caris-
simam sibi coniugem filio cedere non dubitavit quod in amorem
incidisset fortune acceptum referens quod dissimulare eum usque
ad mortem paratus esset ipsius pudori imputans
Subiciatur animis senex amans iam patebit multa quam
difficilia patrum affectus indulgentia superavit

Et de Seleuco quidem. Ariobarzanes autem filio
suo Capadocie regno cessit in conspectu Gnei Pompei cu-
ius tribunal conscendisset invitatusque ab eo ut in curuli

Sella fecisset postquam filium in terram iacentem humiliorem for
tunam sua locum obtinentem conspexisset non susti
nuit infra se collocatum intueri sed proximus sella descendit
et dyademam in caput eius transtulit hortatusque cepit
ut eo uteretur unde paulo ante surrexerat exciderunt lacrime
iuvenem torruit corpus dilapsum dyadema est unde
quo iussus erat progredi potuit quod pene veritate
fidem excessit letus erat qui regnum deponebat iste
cui dabatur ne vellet finem tam egregium claram
habuisset nisi patris voluntati auctoritas pompei affu
isset filium enim et regem appellavit et dyadema sumere
iussit in curuli sella considere egit comite lenitate
hec patres tragice asperitate illi

De severitate patrum in liberos

Brutus quia par Romulo quia ille urbem hic
libertatem Romanam condidit filios suos dominationem
tarquinii a se expulsam reducentes summum imperium
obtinens comprehensos proque tribunali virgis
cesos ad palum religatos securi percuti iussit exuit pa
trem ut consul ageret orbusque vivere publice vindicte de
esse maluit

Huius emulatus exemplum Cassius filium qui
qui tribunus plebis agrariam legem primus tulerat multisque
aliis rebus populariter animos hominum amore sui devinctos
tenebat postquam illam potestatem deposuit adhibito propinquorum
et amicorum consilio affectati regni crimine domi dam
navit verberibusque affectum necari iussit ac peculium
Cereri consecravit

Titus autem Manlius Torquatus propter egregia multa ac
dignitate utriusque civilis et sacrorum pontificalium peritissimus
in consimili facto nec consilio quidem necessariorum in
digere se credidit nam cum ad senatum Macedonia
de filio eius eius decimo Salano qui provinciam obtine
bat querelas per legatos detulisset a patribus conscriptis petiit ne

quid an de ea re statueret quam ipse Macedonia filiusque suus
inspexisset summo deinde tum amplissimi ordinis tum
tum etiam eorum qui questum venerant consensu cognitione
suscepta domi consedit solusque utrique parti per totum bi-
duum vacavit tercio plenissimo die diligentissime au-
ditis testibus ita pronunciavit Cum Silanum filium meum
pecunias a sociis accepisse probatum mihi sit et re publica
eum et domo mea indignum iudico protinusque e conspectu
meo abire iubeo tam tristi patris sententia perculsus Silanus
lucem ulterius intueri non sustinuit suspendioque se
proxima nocte consumpsit peregerat iam Torquatus severi et
religiosi iudicis partes satisfactum erat rei publice habebat ultionem
Macedonia potuit tam verecundo filii obitu patris inflecti
rigor et ille neque exequiis adolescentis interfuit Et cum
maxime funus eius duceretur consulere se volentibus va-
cuas aures accomodavit videbat enim se in eo atrio con-
sedisse in quo imperiosi illius Torquati severitate conspicua
ymago posita erat prudentissimoque viro succurrebat effi-
gies maiorum suorum cum titulis suis idcirco prima parte e-
dium poni solere ut eorum virtutes posteri non solum lege-
rent sed etiam imitarentur

Marcus vero Scaurus lumen ac decus patrie cum apud
Athesim flumen impetu Cimbrorum Romani equites
pulsi deserto consule Catulo urbem pavidi repeterent
consternationis eorum participi filio misit qui diceret libentius
se in acie eius interfecti ossibus occursurum quam ipsum tam de-
formis fuge reum visurum Itaque si quid modo reliquum
in pectore verecundie superesset conspectum degeneri patri
vitaturum recordatione enim sue iuvente qualis Marco Scauro
aut habendus aut spernendus filius suus esset admone-
batur quo nuncio accepto iuvenis coactus est fortius adversus
semetipsum gladio uti quam adversus hostes usus fuerat

At non mediocris animi quam Aulus Fulvius vir senatorii ordinis euntem in
aciem filium retraxit quam Scaurus ex prelio fugientem in-
crepuit namque iuvenem et ingenio litteris et forma
inter equales nitentem pravo consilio amicitiam Catiline
secutum inque castra eius temerario impetu ruentem medio
itinere abstractum supplicio mortis affecit prefatus non se Ca-
teline illum adversus patriam sed patrie adversus Catilinam
genuisse licuit donec belli civilis rabies preteriret inclusum
arcere verum illud cauti patris narraretur opus hoc seve-
rum refertur Sed ut hanc inmitem et asperitatem severi-
tatis mitiores relati patrum mores clementie sue mi-
xtura temperarent exacte pene concessa venia iungatur

De pena parentum adversus suspectos liberos

Gellius omnibus honoribus
ad censuram defunctus cum gravissima crimina de filio in
novercam commissum stuprum et parricidium cogitatum
prope modum explorata haberet non tamen ad vindictam continuo
procurrit sed pene universo senatu adhibito in consilium
expositis suspicionibus defendendi se adolescenti po-
testatem fecit inspectaque diligentissime causa absolvit
eum tum consilii tum etiam sua sententia quod si impetu ire
abstracto sevire festinasset admisisset magis scelus quam vindicasset

Quinti autem Hortensii qui suis temporibus ornamentum Romane
eloquentie fuit admirabilis in filio patientia extitit
Cum enim eo usque impietatem eius suspectam et nequitiam
invisam haberet ut Messalam sue sororis filium heredem
esset habiturus ambitus reum defendens iudicibus diceret
si illum damnassent nihil sibi preter osculum nepotum in quibus
acquiesceret superfuturum hac scilicet sententia quam etiam edite orationi
inseruit filium potius in tormento animi quam in voluptatibus
reponens tamen ne nature ordinem confunderet non nepotem
sed filium heredem reliquit moderate usus affectibus suis
quia et vivum moribus eius verum testimonium et mortuum

Sanguinum honorem debitum reddidit
Idem fecit clari generis magneque dignitatis vir filius
sed in fulvio aliquanto tetrior nam cum auxilium senatus
implorasset ut suspectus in parricidio et ob id latens per
triumviros conquireretur ac iussu patrum eo comprehenso ex
non solum eum non notavit sed etiam decedens dominum esse
voluit omnium quem genuerat heredem instituens non
quem fuerat expertus
Magnorum virorum clementibus actis ignoti patris nove atque
inusitate rationis consilium adiciam qui cum a filio insi-
dias necti sibi comperisset nec duci in animum posset ut verum
sanguinem sceleris progressum crederet seductam uxo-
rem suspicans suppliciter rogavit ne se ulterius ce-
laret sive illum adolescentem subiecisset sive ex alio
concepisset asseveratione deinde eius et iure iurando
nihil tale suspicari debere persuasus in locum desertum fi-
lio producto gladium quem occultum secum tulerat tradidit
ac iugulum feriendum prebuit nec veneno nec latrone
ei ad peragendum parricidium opus esse affirmans quo
facto non paulatim sed magno impetu recta cogitatio
pectus iuvenis occupavit continuoque abiecto gladio
tu vero inquit pater vive et si tam es obsequens
ut hoc precari filio permittas me supera sed ita queso ne
tuus erga te amor eo sit vilior quod a penitentia oritur
solitudinem sanguine meliorem esse pacatiorem
quam penatibus silvas et alimentis blandius ferrum ac
mortis oblate quam date vite feliciora beneficia comme-
moratis patribus qui iniurias filiorum patienter exceperunt
referam eos qui mortes equo animo tulerunt

De parentibus qui liberorum mortem equo animo tullerunt

Statius pulvillus cum in Capitolio
Iovi optimo maximo edem pontifex dedicaret inter
nuncupationem solemnium postem tenens mortuum filium

Quam audisset neque manum a poste removit ne tanti
templi dedicationem interrumperet neque vultum a publica
religione ad privatum dolorem deflexit ne patris magis
quam pontificis partes egisse videretur clarum enim nec
tamen illustre quod sequitur
Emilius Paulus nunc felicissimi nunc miserrimi patris
clarissima representatio ex quatuor filiis forme insignis
egregie indolis duos iure adoptivos in Corneliam
Fabiamque gentem translatos sibi ipse denegavit duos
ei fortuna abstulit quorum alter triumphum patris funere
suo quarto ante diem precessit alter in triumphali curru
conspectus post diem tercium expiravit Itaque qui ad donandos
usque liberos habundaverat orbitate subito desertus est
quem casum quo robore animi sustinuerit oratione quam de rebus
a se gestis apud populum habuit hanc adiciendo clausu
lam nulli ambiguum reliquit cum in maximo proventu
felicitatis nostre quirites timerem ne quid mali fortuna
moliretur Iovem optimum maximum Iunonemque reginam
Minervam precatus sum ut si quid populo adversi immi
neret totum in meam domum converteretur Quapropter
se bene habet annuendo enim votis meis id egerunt ut vos
potius meum casum doleatis quam ego vestro ingemiscerem
Uno etiam nunc domestico exemplo adiecto in alienis luctibus
orationi mee spaciari permittam
Quintus Marcius Rex superioris Catonis in consulatu
collega filium summe pietatis magne spei et quod non parva
calamitatis accessio fuit unicum amisit Cumque se obitu eius
subruptum et eversum videret ita dolorem altitudine
consilii coercuit ut a rogo iuvenis protinus curiam pe
teret et senatum quem eo die legem habere oportebat convo
caret quod nisi fortiter merorem ferre scisset unius diei
lucem inter calamitosum patrem et strenuum consulem
nutari in parte cessato officio partiri non potuisset

Princeps atthenensium pricles intra quatriduum duobus
mirificis adolescentibus filijs spoliatus hijs ipsis diebus et
vultu pristinum habitum retinente et oratione nulla ex parte
infractiore contionatus est ille vero caput solito more
coronatum gerere sustinuit ut nil ex vetere ritu propter do
mesticam plagam detraheret non sine causa igitur tanti
roboris animus ad olimpi iovis cognomen ascendit

Zenophon — Xenophon autem quod ad socraticam disciplinam attinet
proximus a platone felicitatis ac beate facundie gradus cum
sollempne sacrificium perageret e duobus filijs maiorem natu
nomine Grillum apud Mantineam in prelio cecidisse
cognovit nec ideo institutum deorum cultum obmittendum
putavit sed tantummodo coronam deponere contentus fuit quam ipsam
percunctatus quomodo cecidisset ut audivit fortissime pugnantem
interisse capiti reposuit numina quibus sacrificabat testatus
maiorem se ex virtute filij voluptatem quam ex morte amari
tudinem sentire alius ab movisset hostiam abiecisset
altaria lacrimis respersa turba dispecisset Zenofontis
corpus pro religione immobile stetit et animus in consilio
prudencie stabilis mansit ac dolori succumbere ipsa clades
que nunciata erat tristius duxit

Anaxagoras — Et anaxagoras quidem supprimendus est audita namque
filij morte nil michi inquid inexpectatum aut novum
nunciatis ego enim illum ex me natum sciebam esse mortalem
has voces utilissimis preceptis imbuta virtus emittit quas
si quis efficaciter auribus receperit non ignorabit ita liberos
esse procreandos ut meminerit hijs ad rerum natura et accipiendi
spiritus et reddendi eodem momento temporis legem dici atque ut
~~mori neminem solere qui non vixerit sic neque vivere~~
~~aliquem quidem posse qui non sit moriturus~~ etc.

De pudicicia

Unde te virorum ac feminarum precipuum fir-
fundamentum pudicicia invocem Tu igitur
prisca religione consecratos veste focos in-
colis tu capitoline iunonis pulvinalibus
incubas tu pallacii culmen augustos penates
sanctissimumque iulie genialem thorum assidua statione
celebras tuo presidio puerilis etatis insignia munita
sunt tui numinis respectu sincerus iuvente flos permanet
te custode matronalis stola censetur Ades igitur et co-
gnosce que fieri ipsa voluisti

Lucrecia

Dux Romane pudicicie Lucrecia cuius virilis animus
maligno errore fortune muliebre corpus sortitus est a
sexto Tarquinii regis superbi filio per vim stuprum pati
coacta cum gravissimis verbis iniuriam suam in consilio
necessariorum deplorasset ferro se quod veste tectum attulerat
interemit causamque tam animoso interitu imperium consulare
pro regio permutandi populo Romano prebuit atque hec illatam i-
Virginius plebei generis sed patricii vir iniuriam non tulit
spiritus ne probro contaminaretur domus sua proprio sanguini
non pepercit nam cum Appius Claudius decemvir filie
sue virginis stuprum potestatis viribus fretus pertinacius expeteret
deductam in foro puellam occidit pudiceque interemptor
quam corrupte pater esse maluit

Nec alio robore animi preditus fuit Pontius Aufidianus
eques Romanus qui postquam comperit filie sue virginitatem
a pedagogo proditam Fannio Saturnino non contentus
sceleratum servum affecisse supplicio etiam ipsam pu-
ellam necavit Itaque ne turpes eius nupcias celebraret
acerbas exequias duxit

Quid P. Menius quam severum pudicicie custodem egit
in libertum namque gratum admodum sibi animadvertit quia eum
nubilis iam etatis filie osculum dedisse cognoverat cum pre-
sertim non libidine sed errore lapsus videri posset Ceterum

amaritudine pene teneris adhuc puelle sensibus castit
disciplinam ingenerari magis existimavit eique tam
tristi exemplo precepit ut non solum virginitatem
illabatam sed etiam oscula ad virum sincera perfer
Quintus vero fabius maximus servilianus honoribus
quos splendidissime gesserat censure gravitate consu
exegit penas a filio dubie castitatis et punito pep
voluntario secessu conspectu patrie vitando
Dicerem censorium virum nimis atrocem extitisse ni
P. attilium filium eius in pueritia corpore questum a do
mino facere coactum tam severum postea patrem
cernerem filiam enim suam quod ita se stupri crimine co
quinaverat interemit quam sanctam igitur in civitate
nostra pudicitiam fuisse existimare debemus in qua
etiam institutores libidinis tam severos eius vindices
evasisse animadvertimus Sequitur excel tat mod [illegible]
Marcus claudius marcellus edilis curulis Gaio Sca
tinio Capitolino tribuno plebis diem ad populum dixit
quod filium suum de stupro appellasset eoque asseverante se
cogi non posse ut adesset quia sacrosanctam potestatem ha
beret et ob id tribunitium auxilium implorante totum
collegium tribunorum tribunorum negavit se intercedere quo
minus questio pudicitie perageretur citatus itaque Scanti
nius reus uno teste qui temptatus erat damnatus est
Constat iuvenem productum in rostra defixo in terra
vultu perseveranter tacuisse verecundoque silentio plurimum
in ultionem suam valuisse
Metellus quoque celer stuprose mentis acer punitor extitit
Gneo sergio sillo promissorum matrisfamilie nummorum
gratia diem ad populum dicendo eumque hoc uno crimine
damnando non enim factum tunc sed animus in questione
deductus est plusque voluisse peccare nocuit quam non peccasse profuisse

Profuit contionis hec illa curie gravitas

Titus veturius filius eius veturii qui in consulatu
suo Samnitibus ob turpiter ictum fedus deditus fuerat cum propter
domesticam ruinam grave et alienum plotio (?) nexum
se dare admodum adolescentulus coactus esset
servilibus ab eo verberibus quia stuprum pati volue-
rat affectus detulit querelam ad consules a quibus
hac de re certior factus senatus plotium in carcerem duci
iussit in qualitumque enim statu positam romano sanguini
pudicitiam tutam esse voluit et quid mirum si hoc
universi patres conscripti censuerunt

Gaius sestinius triumvir C. Cornelium fortissime mili-
cie stipendia emeritum virtutisque nomine quater honore
primipili ab imperatoribus donatum quod cum ingenuo
adolescentulo stupri commercium habuisset publicis vin-
culis oneravit a quo appellati tribuni cum de stu-
pro nihil negaret sed sponsionem se facere paratum diceret
quod adolescens ille palam atque aperto corpore questum
factitasset intercessionem suam interponere noluerunt
itaque cornelius in carcere mori coactus est Non putaverunt
enim tribuni plebis rem publicam nostram cum fortibus viris
pacisci oportere ut externis periculis domesticas de-

Libidinosi centurionis supplicium liceat emeret
M. letorii mergi tribuni militaris eque similis
exitus sequitur Cui cominius tribunus plebis diem ad
populum dixit quod cornicularium suum stupri causa appellasset
nec sustinuit eius rei famam letorius sed ipse ante iudicii
tempus fuga prius subtraxit Deinde eciam nature modum
expleverat fato tamen functus universe plebis sententia crimine
impudicitie dampnatus est. Signa illum militaria sacre
aquile certissima romani imperii custos severa ca-
strorum disciplina ad inferos usque persecuta sunt quoniam cuius
virtutis magister esse debebat sanctitatis corruptor temptabat existere

Et monuit C marius imperatorem tn cum clusius sorore
sue filius tribunus militum a plotio manipulario
milite iure cesum pronunciavit qz eum de stupro co-
pellare ausus fuerat Sed ut eos qui in vindicanda
pudicicia dolore suo pro publica lege usi sunt strictim
Sempronius musca C gallium deprehensum pecam
in adulterio flagellis cecidit // contudit
Caius memmius L octavius similiter deprehensum pernis
Carbo attienus a vibieno item pontius a p corne-
lio deprehensi castrati sunt // esseat
Cnus etiam furius brochus qui deprehenderat fami-
lie stuprandum obiecit qz ire sue indulsisse fraudi fuit
Atqz ut in domesticis externa subnectam Greca fe-
mina nomine ippo cum hostium classe esset excepta in
Ippo. mare ut morte pudicitiam tueretur abiecit cuius
corpus erithreo littore appulsum proxima undis humo
sepulture mandatus ad hoc tempus tumulo contigit
sanctitatis nec gloriam etiam nec traditam memorie
Grecia laudibus suis celebrando quotidie florentiorem
Vehementius hoc illud consideratum exemplum pudicitie
exercitu gallo et copiis Grecorum a Gn manlio consule
in olimpo monte ex parte deletis et parte captis Orgia-
Origia gontis reguli uxor mire pulcritudinis a centurione
cui custodienda tradita erat stuprum pati coacta est
postquam ventum est in eum locum in quem centurio misso
nuntio necessarios mulieris petiit quo eam redimerent
afferre iusserat aurum expendente centurione et in eius
pondus animo oculisque intento Gallo Grecis lingua gentis
sue imperavit ut eum occiderent interfecti deinde caput
abscissum manibus retinens ad coniugem venit abiectoque
eo ante pedes eius iniurie et ultionis sue ordinem

exposuit huius femine quid aliud quisquam quam corpus hostium
in potestatem venisse dicat animus nec vi nec pudicitia
capi potuit   credidissent

Theutonicorum vero coniuges Marium victorem oraverunt
ut ab eo virginibus vestalibus dono mitterentur. affirmantes
eque se atque illas virilis concubitus expertes futuras.
eaque re non impetrata laqueis sibi nocte proxima
spiritum eripuerunt. Dii melius quod hunc animum viris earum
in acie non dederunt. nam si mulierum suarum virtutem
imitari voluissent incerta theutonice victorie trophea

Libertatem autem vehementis spiritus dictis pariter ac factis
testatam ut non invitaverim ita ultro venientem
non excluserim que inter virtutem vitiumque posita si
salubri modo se temperaverat laudem si quo non debuit
profudit reprehensionem meretur ac vulgi sit auribus
gratior quam sapientissimi cuiusque animo probabi-
lior est utpote frequentius aliena venia quam sua prudentia
tuta sed quia humane vite partes persequi propositum est nostra fide
propria extimatione referatur

Privernato capto interfectisque qui id oppidum ad rebellandum
incitaverant senatus indignatione accensus consilium agi-
tabat quidnam de reliquis Privernatibus esset faciendum.
ancipiti igitur casu salus eorum fluctuabatur. eodem tempore et vi-
ctoribus et irate subiecta. ceterum cum auxilium unicum
in precibus restare animadverterent ingenui et Ytalici san-
guinis oblivisci non potuerunt. princeps enim eorum
interrogatus in curia quam penam mererentur respondit
quam merentur qui se dignos libertate iudicant arma
sumpserant exasperatosque patrum conscriptorum animos verbis inflamma-
verat sed Plautius consul favens Privernatium cause regressum
animose eius dicto obtulit quesivitque qualem cum eis Romani
pacem habituri essent impunitate donata. At is constantissimo
vultu si bonam dederitis inquit perpetuam si malam non

De dictis
et factis
libere

Diuturnam qua vote perfunctum est vite non solum veniam
sed ius et beneficium nostre civitatis dare sic in senatu loqui
Priuernates ausus est
Utique vero Philippus consul adversus eundem ordinem
libertatem exercere non dubitavit nam segniciam pro rostris
exprobrans alio sibi senatu opus esse dixit tantumque a
penitentia affuit ut etiam L. Crasso summe dignitatis atque
eloquentie viro id in curia graviter ferenti manum inici
iuberet Ille reiecto lictore non es mihi inquit Phi
lippe consul quia nec ego quidem senator sum tibi Quid
populum ab incursu suo libertas tutum reliquit immo et
simpliciter egressa et equa experta paciencia
Gneus Carbo tribunus plebis nuper sepulte seditionis
Gracchane turbulentissimus vindex idemque orientium
civium malorum fax ardentissima P. Affricanum a Nu
mantie ruinis summo cum glorie fulgore venientem
ab ipsa pene porta in rostra perductum quid de Tiberii
Gracchi morte cuius sororem in matrimonio haberet
sentire interrogavit et ut auctoritate clarissimi viri
inchoato iam incendio multum incrementi adiceret
quia non dubitabat quin propter tam artam affinitatem
aliquid pro memoria interfecti necessarii miserabiliter
esset locuturus at is eum iure cesum videri respondit Cui dicto
cum tribunicio furore instinctu violenter succlamasset
taceant inquit quibus Italia noverca est orto deinde murmure
non efficietis ait ut solutos verear quos alligatos ad
duxi Universus populus iterum contumeliose correptus
erat quantus est honor virtutis tacuit recens ipsius victo
ria Numantina et patris Macedonica devicteque Carthaginis
habita spolia et duorum regum Siphacis et Persei ante triu
phales currus catenate cervices totius fori clauserunt
nec timori datum est silentium sed quia beneficio Emilie Cornelie

gentis multi metus urbis atque italie finiti erant plebis
romana libertatis Scipionis libera non fuit quapropter
minus mirari debemus quod amplissima Gnei pompei
auctoritas totiens cum libertate luctata est nec sine
magna laude quoniam omnis generis hominum licentie ludibrio
esse quieta fronte tulit
Gneus enim piso cum manilium crispum reum
ageret eumque evidenter nocentem gratia popei eripi
videret iuvenili impetu ac studio accusationis pro
vectus multa etiam gravia crimina prepotenti defen-
sori obiecit Interrogatus deinde ab eo cur se non ac-
cusaret Da inquit predes rei publice te si postulatus fueris
civile bellum non excitaturum etiam de tuo prius quam
manilii capite consilium iudicium mittam Ita in
eodem iudicio duos sustinuit reos accusatione ma-
nilium libertate pompeium et eorum alterum lege per-
egit alterum professione qua solum poterat
Quid ergo libertas sine cathone non magis quam
Catho sine libertate Nam cum in senatorem no-
centem et infamem iudex sedisset tabelleque Gnei po-
pei laudationem eius continentes prolate essent
procul dubio efficaces future pro reo submovit
eas questione legem recitando qua cautum erat ne
senatoribus tali auxilio uti liceret huic facto persona ad-
mirationem ademit nam quod in alio audacia videretur
in Cathone fiducia cognoscitur
Neus lentulus marcellus consul cum in contione de
magni pompei nimia potentia quereretur assensusque
ei clara voce universus populus esset Acclamate inquit
acclamate quirites Dum licet iam nobis impune
facere non licet pulsa tunc est eximii civis potentia
hinc invidiosa querela hinc lamentatione misera

Cui candida fascia crus alligatum habenti fauonius non refert inquit qua in parte sit corporis dyadema exiguo panno cauillatione regias eius res exprobans et neutra in parte mutato vultu utrumque cauit ne aut hilari fronte libenter agnoscere potenciam aut tristem iram profiteri videret eaque potencia inferioris etiam generis et fortune hominibus aditum adversus se dedit e quorum turba duos retulisse habunde erit

Eluius mancia formianus liberti filius ultime senectutis lucium libonem aput censores accusabat in quo certamine cum pompeius magnus humilitatem ei etatemque exprobans ab inferis illum ad accusandum remissum diceret non mentire inquit pompei venio enim ab inferis in l libonem accusator venio sed dum illic moror vidi cruentum Cn domitium enobardum deflentem quod summo genere natus integerrime vite amantissimus patrie in ipso iuventutis flore tuo iussu esset occisus vidi pari claritate conspicuum brutum ferro laceratum querentem id sibi prius perfidia deinde crudelitate occidisse vidi Cn carbone acerrimum pueritie tue bonorumque patris tui defensorem in tercio consulatu cathenis quas tu ei inici iusseras vinctum obtestantem te adversus omne fas et nefas cum in summo esset imperio a te equite Romano trucidatum vidi eodem habitu inquiritinatu pretorium virum perpenam seuiciam tuam execrantem omnesque eos una voce indignates quod indenati sub te adolescentulo carnifice occidissent obducta iam vetustate cicatricibus ciuilium bellorum vastissima vulnera municipali homini seruitutem paternam redolenti effrenate temeritati intollerabilis spiritus impune revocare

licuit) itaque eo tempore in fortissimum Cn. pompeio erat ma-
ledicere et tutissimum. Sed non patitur nos hec longiore
quetela persequi persone insequentis aliquando sors humilior
Diphilus tragedus cum in apolinaribus ludis inter
actum ad eum versum venisset in quo hec sententia continetur
miseria nostra magnus est directis in pompeium magnum
manibus pronunciavit revocatusque aliquotiens a populo
sine ulla cunctatione nimie illum intollerabilis
potentie reum gestu persevanter egit eadem petu-
lentia usus est in ea quoque parte virtutem istam veniet
tempus cum graviter gemas
Atque etiam castricii libertate inflammatus animus qui
cum placentie magistratum gereret. Cui cum Carbone
consule iubente decretum fieri quo sibi obsides
a placentinis darentur nec summo eius imperio ob
temperavit nec maximis viribus cessit atque eam dicente
multos se gladios habere tradidit et ego annos obstupu-
erunt tot legiones tam robustas senectutis reliquias
ab intuentes Carbonisque ira quia materiam seviendi
per quam exiguam habebat procul vite tempus ablatam
in se ipsa collapsa est
Iam Servii Galbe temeritatis plena postulatio
qui illum Iulium consuetis victoriis in foro ius dicens
in hunc modum interpellare sustinuit Gai Iuli Cezar
pro pompeio magno quondam genero tuo in tercio eius consu-
latu pecuniam spopondi quo nomine nunc appellor
quid agam deprehendar palam ac aperte ei bonorum
pompei venditionem exprobando ut a tribunali
submoveretur meruerat sed cum illud mansuetudine mol-
peccunias alienum pompei ex suo fisco solui iussit
Vespasianus vir iure civili clarus quoque preclusit summa cum

Senectus. Orbitas. Ista duo licenciam libere loquendi prestant.



Nullius enim aut gratia aut auctoritate compelli potuit ut de aliqua earum rerum quas triumviri decreverant formulam componeret hoc animi iudicio victorie eorum beneficia extra omnem ordinem legum ponens

Idem cum multa de Cesare liberius loqueretur amici que ne id faceret admonerent duas res que hominibus amarissime viderentur magnam sibi licenciam prebere respondit senectutem et orbitatem.

Inserat se tantis viris mulier alieni sanguinis que a philippo rege temulento inmerenter (iniuste) dampnata provocarem ad philippum inquit sed sobrium excussit et crapulam obscitanti ac presencia animi ebrium resipiscere causaque diligencius inspecta iustiorem sententiam ferre coegit. Igitur equitatem quam impetrare non poterat extorsit potius presidium a libertate quam ab innocencia mutuatum

Vetula

Iam illa non solum fortis sed etiam urbana libertas senectutis ultime quedam siracusis omnibus dionisii tiranni exitum propter nimiam morum acerbitatem et intollerabilia onera votis expetentibus sola quotidie matutino tempore deos ut incolumis ac sibi superstes esset orabat quod ubi is cognovit non debitam sibi admiratus benivolenciam arcessit eam et quid ita hoc aut quo merito sua faceret interrogavit tunc illa certa est inquit racio propositi mei puella enim cum gravem tirannum haberemus carere cupiebam quo interfecto aliquanto deterior arcem occupavit Cuiusque finiri dominacionem magni extimabam tercium te superioribus inportuniorem habere cepimus rectorem itaque ne si tu fueris absumptus deterior in locum tuum succedat caput meum pro tua salute devoveo tam facetam audaciam dionisius punire erubuit.



Inter has et theodori Cyrenei que animosi spiritus quicquid
esse potuit par virtute felicitate dissimile. Is enim lisi-
maco regi sibi mortem minitanti enim vero inquit
magnifica res tibi contigit quod cantaride vim as-
secutus es. Atque hoc dicto accensum cum eum suffigi
iussisset terribilis inquit hec sit purpuratis tuis mea
quidem nichil interesse humi an sublime putrescam.
Armet se duritia pectus necesse est dum orride De Severitate
ac tristis severitatis acta narrantur ut omni mitiore
cogitatione seposita rebus auditu asperis vacet. Ita
enim districte et inexorabilis vindicte et varia
penarum genera in medium procedent utilia quidem
legum munimenta sed minime in placido et quieto
paginarum numero reponenda.
Marcus manlius unde Gallos depulerat inde
ipse precipitatus est quia fortiter deffensam libertatem
nepharie opprimere conatus fuerat. Cuius iuste ul-
tionis nimirum hec prefatio fuit Manlius eras mihi
cum precipites agebas senones postquam imitari ce-
pisti unus factus es ex senioribus. Huius supplicio eterne me-
morie nota inserta est. Propter illum enim lege sanciri
placuit ne quis patricius in arce aut capitolio
habitaret quia domum eo loci habuerat ubi nunc
edem monete videmus.
Par etiam indignatio civitatis adversus spurium cas-
sium erupit cui plus suspitio concupite dominationis no-
cuit quam tres magnifici consulatus ac duo speciosissimi
triumphi potuerunt. S. e. p. R. non contentus
eum capitali supplicio afferre et interempto domum
subiecit ut penatium strage puniret. In solo autem edem

tellivas fecit Itaqz ex prius domicilio potentis fuerat mue
religiose severitatis monimentum est
Eadem ausum p. melius consimili exitu pena mulctavit
Area vero domus eius quo iustitia supplicii notior ad posteros perveniret equi melii appellationem traxit animique
odii adversus hostes libertatis insitum ans. parietum
ac tectorum in quibus versati fuerunt ruinis testabant
Ideoque et m. flacci et l. saturnini seditiosissimorum
civium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis
eruti sunt Ceterum aim diu pene vacua
mansisset a q. catulo cimbricis spoliis adornata est
Iguit in ista civitate t. et g. gracchorum summa voluptas ac spes amplissima sed quia statum civitatis conati
sunt convellere insepulta cadavera iacuerunt supremusque
humane conditionis honos filiis gracchi et pronepotis
africani defuit quin etiam familiares eorum nequis reipublice inimicorum amicus esse vellet de robore precipitati sunt
Idem sibi licere tam p. mutius tribunus plebis quam s. et
q. R. qui omnes collegas suos qui duce spurio cassio
id egerant ut magistratibus non subrogatis communis libertas
in dubium vocaretur vivos cremavit Nil profecto ac severitate fidentius Unus enim tribunus eam penam novem collegis inferre ausus est quam novem tribunum ab uno collega exigere perhorruissent
libertatis adhuc custos et severitas sed pro dignitatis
etiam ac pro disciplina eque gravis ea. enim claudium
senatus corsis quod turpem cum hiis pacem fecerat
dedit quem ab hostibus non acceptum in publica custodia
necari iussit semel lesa maiestate imperii quam modo
ira pertinax vindex fuit eius. (?) rescindit libertate adeo
spiritu extinctis contumelia corporis carceris detestanda gemoniarum scalarum nota fedavit
Quae hic quidem senatus acadusiom metueat sed at corn...

Scipio hispali filius prius quam mentiri posset expertus est nam
cum ei hispania provincia obvenisset ne illuc iret de-
crevit adiecta causa quod recte facere nesciret Itaque Cornelius
propter vite inhonestum actum sine ullo provinciali mi-
nisterio tantummodo repetundarum lege damnatus est
Et in Cn quidem Vetieno qui sinistre manus digitos ne
bello italico militaret absciderat severitas senatus cessavit
publicatis enim bonis eius ipsum eternis vinculis puniendum
censuit effecitque ut quem honeste spiritum profundere in acie
voluerat turpiter in cathenis consumeret
Hoc factum imitatus M Curius consul cum delectum
subitum edicere coactus esset et iuniorum nemo respon-
disset coniectis in sortem omnibus tribubus Polie que prima
exierat primum nomen urna extractum citari iussit
neque eo respondente bona adolescentis haste sub-
iecit quod ut illi nunciatum est ad consulis tribunal
cucurrit collegiumque tribunorum appellavit Tunc M Curius
prefatus non opus esse eo cive publico qui parere
nesciret bona eius et ipsum vendidit
Eque tenax propositi L Domitius Nam cum Siciliam
pretor regeret Dum ad eum eximie magnitudinis
aper oblatus esset adduci ad se pastorem cuius ma-
nu occisus erat iussit interrogatumque quo modo eam be-
stiam confecisset postquam comperit usum venabulo cru-
cifixit quia ipse ad exturbanda latrocinia quibus provincia
vastabatur ne quis telum haberet edixerat Hec
aliquis in finem severitatis et sevitie ponendum
dixerit disputatione enim utroque flecti potest Ceterum re-
publice imperii pretorem nimis asperum existimari
non patitur Sic se in viris puniendis severitas exercuit
Ne vero in feminis quidem supplicio afficiendis segniorem

egit Horatius post prelium trium curiaciorum condicione pu-
gne omnium albanorum victor cum ex illa clarissima acie
domum repetens sororem suam virginem curiacii sponsi mor-
tem profusius quam illa etas debebat flentem vidisset gladio
quo patrie rem bene gesserat interemit parum pudicas ra-
tus lacrimas que preproprero amori dabantur. quem hoc nomine reum
apud populum actum pater defendit. Ita paulo propensior animus
puelle ad memoriam futuri viri et fratrem ferocem vindi-
cem et vindicte tam rigidum assensorem patrem habuit.

Consimili severitate senatus postea usus est Spurio
postumio albino et marcio philippo consulibus man-
davit ut de hiis que sacris bachanalium inceste use fue-
rant inquirerent. A quibus cum multe essent dampnate
in omnes cognatas intra domos animadverterunt. late quoque pa-
tens opprobrii deformitas severitate supplicii emendata est
quia quantum ruboris civitati nostre mulieres turpiter se gerendo in-
cusserant tantum laudis graviter punite attulerunt.

r
Publicia autem que postumium albinum consulem. Item licinia
que claudium asellum viros suos veneno necaverant propin-
quorum decreto strangulate sunt. Non enim putaverunt severissimi
viri in tam evidenti scelere longum publice questionis tem-
pus expectandum. Itaque quarum innocentium defensores fuissent
sontium mature vindices extiterunt. Magno scelere horum severi-
tas ad exigendum vindictam excitata est. Egnatii autem
metelli longe minore de causa qui uxorem quod vinum bibisset
fustium percussam interemit. Idque factum non accusatore
tantum sed reprehensore etiam caruit uno quoque existimante op-
timo illam exemplo violate sobrietati penas pependisse.
Et sane quecumque femina vini usum immoderate appetit
omnibus virtutibus ianuam claudit et delictis aperit.

Horridum quoque G. Sulpicii galli maritale supercilium. nam
uxorem dimisit quod eam capite aperto foris versatam cognoverat
abscisa sententia sed tamen aliqua ratione munita. lex enim
inquit tibi meos tantum prefinit oculos quibus formam tuam appro-
bes. hiis decoris instrumenta. hiis esto speciosa horum te certi-
ori crede notitie. ulterior tui conspectus supervacua irritatione

accersitus in suspicione et crimine habeat necesse est. Nec aliter
sensit Q. Antistius vetus repudiando uxorem quod illam in
publico cum quadam libertina vulgari secreto loquentem viderat. Nam
ut ita dicam in cunabulis et nutrimentis culpe citiorem delicto
posuit ultionem ut potius caveret iniuriam quam vindicaret.
Iungendus est hiis Publius Sempronius Sophus qui coniugem
repudii nota affecit nichil aliud quam se ignorante ludos au
sam spectare. Ergo dum sic olim feminis occurritur mens
earum a delictis aberrat.

Sed et si Romane severitatis exemplis totus terrarum orbis
instrui potest tamen externa summatim cognosse fastidio non sit.
Lacedemonii libros Archilochi e civitate sua exportari iusse
runt quod eorum parum verecundam et pudicam lectionem arbitrabantur
noluerunt enim ea liberorum suorum animos imbui ne plus moribus
noceret quam ingeniis prodesset. Itaque maximum poetam aut certe
summo proximum quia domum sibi invisam obscenis maledictis
laceraverat carminum exilio multaverunt.

Athenienses autem Thimagoram inter officium salutationis
Darium regem more gentis illius adulatum capitali supplicio
affecerunt unius civis humilibus blanditiis totius urbis decus
Persice dominationi summissum graviter ferentes. Iam Cam
bises inusitate severitatis qui mali cuiusdam iudicis e corpore
pellem detractam selle intendi in eaque filium eius iudica
turum considere iussit. Ceterum et rex et barbarus atroci
et nova pena iudicis ne quis postea corrumpi iudex
posset providit.

Dignam et bonam laudis partem in clarorum virorum etiam illa
vendicat que aut ab hiis graviter dicta aut facta memo
ria viribus etiam complectitur. Quorum ex habundanti co
pia nec parca nimis nec rursus avida manu quod magis desi
derio satisfaciat quam satietate habundet hauriamus.

Civitate nostra Cannensi clade perculsa cum admodum
tenui filo suspensa reipublice salus ex sociorum fide pen
deret ut eorum animi ad imperium Romanum tuendum constan
tiores essent maiori parti senatus principes Latinorum in or
dinem suum sublegi placebat. Annius autem Campanus etiam
consulem alterum Capue creari debere asserebat asseverabat

Sic contusus et eger imperii Romani spiritus erat. Tunc Manlius Torquatus filius eius qui Latinos apud Vesuvium inclita pugna fuderat quam potuit clara voce denunciavit si quis sociorum inter patres conscriptos sententiam dicere ausus esset continuo eum interempturum. Hee unius mine et Romanorum languentibus animis calorem pristinum reddiderunt et Italiam ad ius civitatis nobiscum exequendum consurgere passe non sunt. Namque ut patris armis ita verbis filii fracta cessit.

Ac illius quoque Manlii constantia cui cum consulatus cum consulatus cum omni consensu deferretur eumque sub excusatione adverse valitudinis oculorum recusaret instantibus cunctis alium inquit Quirites querite ad quem hunc honorem transferatis. Nam si provati me gerere coegeritis nec ego mores vestros ferre nec vos meum imperium perpeti poteritis. Privati tam ponderosa vox quam graves fasces consulis extitissent.

Nihilo segnior Scipionis Emiliani aut curia aut in contione constantia qui cum haberet consortem censure Mummium ut nobilem ita enervis vite pro rostris dixit se ex maiestate reipublice omnia gesturum si sibi cives vel dedissent collegam vel non dedissent.

I Idem enim Servius Sulpicius Galba et Aurelius consules in senatu contenderent uter adversus Viriatum in Hyspaniam mitteretur ac magna inter patres conscriptos dissentio esset omnibus quonam eius sententia inclinaretur expectantibus neutrum inquit mihi mitti placet quia alter nihil habet alteri nihil est satis eque malam licentis imperii magistram iudicans inopiam atque avariciam quo dicto ut neuter in provinciam mitteretur obtinuit.

G Gaius vero Popilius a senatu legatus ad Anthiochum missus ut bello se quo Ptolomeum lacessebat abstineret cum ad eum venisset atque is prompto animo et amicissimo vultu dextram ei porrexisset invicem illi suam porrigere noluit sed tabellas senatus consultum continentes tradidit. Quas ut legit Anthiochus dixit se cum amicis collocuturum. Indignatus Popilius quod aliquam moram interposuisset virga solum quo insistebat denotavit et prius inquit quam hoc circulo excedas da responsum quod senatui referam. Non legatum locutum sed ipsam curiam ante oculos positam

cedens Continuo enim Rex affirmavit fore ne amplius
de se ptholomeus quereretur atque demum populus manu
eius tamquam socii apprehendit Tam efficax est animi ser-
monis que abscisa gravitas Eodem momento Syrye
regnum terruit Egypti texit

r nobilis autem Rutilii verba prius an facta extimem
nescio nam utrisque eque admirabile inest robur cum
amici cuiusdam iniuste rogationi resisteret atque is per summam
indignationem dixisset Quid ergo mihi inquit opus est amicitia
tua si quod rogo non facis Respondit Immo quid mihi tua
si propter te aliquid inhoneste facturus sum Huic non discrepantia
neque illa opera quod magis ordinum dissensione quam ulla cul-
pa sua reus factus Nec absoletam vestem induit
nec insignia senatoris deposuit nec supplices manus ad
genua iudicum tetendit nec dixit quicquam splendore pre-
teritorum annorum humilius Effecit quod ut periculum non impedi-
mentum gravitatis eius esset sed experimentum Atque etiam
cum ei reditum in patriam Sillana victoria prestaret
in exilio ne quid adversus leges faceret remansit Quapropter r
felicitatis cognomen iustius quis moribus gravissimi
viri quam impotentis armis assignaverit Quod quidem Silla
rapuit Rutilius meruit

artus Bruti suarum prius virtutum quam patrie parentis
parricida uno enim facto et illas in profundum pre-
cipitavit et omnem nominis sui memoriam inexpiabili dete-
statione perfudit ultimum prelium initurus negantibus quibusdam
id committi oportere fidenter inquit in aciem descendo hodie
enim aut recte erit aut nihil curabo presumpserat videlicet
neque vivere se sine victoria neque mori sine securitate

uius mencio mihi subicit quod adversus D. Brutum in hyspania
graviter dictum est Nam cum ei se tota pene lusitania
dedidisset ac sola gentis eius urbs Cinninia pertinaciter arma re-
tineret temptata redemptione propemodum uno ore legatis Bruti
responderunt ferrum sibi a maioribus quo urbem tuerentur non aurum
quo libertatem ab imperatore avaro emerent relictum melius
sine dubio istud nostri sanguinis homines dixissent quam audissent
Sed illos quidem natura in hec gravitatis vestigia deduxit

Socrates autem grece doctrine clarissimum columen cum Athenis
causam diceret defensionemque ei Lisias a se compositam qua
in iudicio uteretur recitasset demissam et supplicem imminenti quoque
procelle accommodatam, aufer inquit queso istam. Nam ego si
adduci possem ut eam in ultima Scitie solitudine perorarem
tum me ipse morte multandum concederem. spiritum contempsit ne
careret grauitate maluitque Socrates extingui quam Lisias superesse.
Quantus autem in sapientia tantus in armis Alexander illam
vocem nobilem edidit. Dario enim vno iam et altero prelio vir
tutem eius experto atque ideo partem regni tauro tenus mon
te et filiam in matrimonium cum decies centum milibus talen
tum pollicente cum Permenion dixisset se si Alexander esset
usurum ea condicione, respondit et ego uterer si Permenion
essem. vocem duarum victoriarum respondentem dignamque cui tertia sic
eueniret tribueretur. Atque hec quidem et animi magnifici et pro
speri status. non illa quam legati Lacedemoniorum apud eius
miseram fortitudinis sine condicione testati sunt gloriosior quam
optabilior. Intollerabilibus enim oneribus ciuitatem eorum
implicanti si quid morte grauius imperare perseueraret mortem se
prelaturos responderet.
Et parum ciuis Spartani minus dictum signique nobilitate
et sanctitate prestans et in petitione magistratus repulsus magna
sibi letitie esse predicauit quod aliquos patria sua se meliores
viros haberet quo sermone repulsam honori adequauit.
Tempus est iusticie quoque sancta penetralia adire in quibus
semper equi ac probi facti respectus religiosi animi cu
stodia versatur et vbi studium verecundie cupiditas rationi
cedit. nichil quam utile quod parum honestum uideri possit
ducitur. Eius autem precipuum et certissimum inter omnes gentes no
stra ciuitas exemplum est.
Camillo consule Faliscos circumsedente magister ludi plurimos
et nobilissimos inde pueros velut ambulandi gratia eductos
in castra Romanorum perduxit. quibus interceptis non erat du
bium quin Falisci deposita belligerandi pertinacia tradituri
se nostro imperatori essent. Ea re senatus censuit ut pueri
vinctum magistrum virgis cedentes in patriam remitterentur. Qua
iusticia animi eorum sunt capti quorum menia expugnari
non poterant. namque Falisci beneficio magis quam armis victi

pietas romanis apparuit /
Eadem civitas aliquotiens rebellando semper quod advers(us)
commissa pl(us) tandem se Q. Lucatio consuli dedere co-
acta est / adlisum quod servire cupiens populus Romanus p(ro)-
quam a Papirio cum maior iubente consule verba deditionis
scripta erant doctus est Faliscos non potestati sed fidei se
Romanorum commisisse omnem iram placida mentem de-
posuit pariter et viribus quibus non sane facile vinci
desinet et victorie obsequio que promptissime liberali-
ter subministrat ne iusticie sue deesset obstitit /
Idem cum Q. Claudius Camerinos ductu atque au-
spiciis suis captos sub hasta vendidisset et si erarium
pecunia fines agris auctos animaduerterat tamen quod parum
liquida fide id gestum ab imperatore videbat maxima
cura conquisitos redemit eis quod habitandi gratia locum
in Aventino assignavit et predia restituit / pecuniam etiam
non ad curiam sed ad sacella edificanda sacrificia quod fa-
cienda tribuit iusticie quod promptissimo tenore effecit ut ex-
icio suo letari possent quia sic renati erant membris
nostris et finitimis regionibus que ad hoc retuli quod se-
quitur per totum terrarum orbem manauit /
Timochares Ambraciensis Fabricio consuli pollicitus est se
Pirrum veneno per filium suum qui potionibus
eius preerat necaturum. Ea res cum ad senatum esset
delata missis legatis Pirrum monuit ut adversus huius ge-
neris insidias cautius se gereret memor urbem a filio
Martis conditam armis bella non venenis gerere debere
Timocharis autem nomen suppressit utroque modo equitatem
amplexus quia nec hostem malo exemplo tollere neque
eum qui bene mereri paratus fuerat prodere noluit /
Summa iusticia in quatuor quoque tribunis plebis eodem
tempore conspecta est. Nam cum L. Atratino sub
quo duce aciem nostram apud Verruginem a Volscis
inclinatam cum ceteris equitibus correxerant / diem ad

populi L. Hortensius collega eorum dixisset pro rostris
iuravit se esse quo ad imperatorem perferendum reus esset
futurus non sustinuerunt enim egregii iuvenes cuius ar-
mati periculum vulneribus et sanguine suo defenderant eius to-
gati ultimum discrimen pretoris insignia retinentis intueri
Qua iusticia mota concio actione hortensium desiste-
re coegit / que eadem iusticia eo facto quod sequitur exhibui-
c mus T. gracchus et C. claudius ob nimis severe
gestam censuram maiorem partem civitatis exasperassent
diem eis P. popilius Ru. tribunus plebis per duellionis ad populum
dixit preter communem consternacionem privata etiam ira accensus
quia necessarium eius rutilium ex publico loco parietem demo-
liri iusserant / quo in iudicio prime classis permulte centu-
rie claudium aperte dampnabant / de Gracchi absolucione
universe consentire videbantur / qui clara voce iuravit / si de
collega suo gravius esset iudicatum in exilium se paribus cum
illo penam exilii sponte iturum Eaque iusticia tota illa
tempestas ab utriusque fortunis et capite depulsa est /
Claudium enim populus absolvit Gracchi cause dictionem
M. popylius remisit /
agnam laudem et illud collegium tulit tribunorum quod
cum unus ex eo L. cocta fiducia sacrosancte potestatis cre-
ditoribus suis satisfacere nollet decreverunt si neque solveret pe-
cuniam neque daret cum quo sponsio fieret se appellantibus
eum creditoribus auxilio futuros iniquum ratus maiesta-
tem futuram publicam private perfidie obtentum esse Itaque co-
ctam in tribunatu quasi aliquo sacrario latentem tribunicia
iusticia extraxit /
c nius ut ad alium eque illustrem actum transgrediar
Cn. domicius tribunus plebis M. scaurum principem civitatis
in iudicium populi devocavit ut si fortuna aspirasset ruina
si minus certe ipsa obtrectacione amplissimi viri incremen-
tum claritatis apprehenderet / cuius opprimendi cum summo studio
flagraret servus Scauri noctu ad eum pervenit instru-
ctum se eius accusacionem multis et gravibus domini criminibus

promittens erat in eodem pectore dominus et iudex et
domitius et domini diuisa extimacione nepharium indicium
spernens iusticia vicit domit' continuo eum ut suis aur-
ibus obsignat' et indice ore clauso duci enim ad scaurum
iussit accusatorem eciam reo suo ne dicam diligendum
de laudandum quem populus tum propter alias virtutes tum hoc
nomine libentius et consulem et censorem et pontificem
maximum fecit /

Et aliter L. Crassus in eodem iusticie experimento gessit
Gn. carbonis nomen infesto ante nepote inaccessum
sibi detulat sed cum scrinium eius a servo allatum ad se
complurima continens quibus facile opprimi posset ut erat
signatum cum servo cathenato ad eum remisit. Quo
pacto ergo inter amicos viguisse tunc iusticiam credimus
cum inter accusatores quoque et reos tantum virium obtinuisse /
Iam L. silla non se tam incolumem / videamus /
quam Sulpitium rufum perditum voluit tribunicios furore eius
sine ullo fine vexatus Ceterum cum eum proscriptum
et in villa latentem a servo proditum comperisset manu-
missum patricidam ut fides edicti sui extaret precipitari
protinus saxo Tarpeyo cum illo pileo pro quo eum donaverat iussit /
victor alias insolens hoc imperio iustissimus /

Ceterum ne alienigene iusticie obliti videamur Pytta-
cus mytilenenses cuius aut meritis tantum aut
moribus crediderunt ut ei suffragiis tyrannidem
deferrent / tam diu illud imperium sustinuit quam diu bellum de
monte sigeo cum Athemensibus gerendum fuit / Postquam
autem pax victoria parta continuo reclamantibus
mitilenensibus deposuit ne dominus civium ultra quam reipu-
blice utilitas exigeret permaneret / Atque etiam cum recuperati
agri dimidia pars consensu omnium offeretur avertit animum ab eo
munere deforme iudicans virtutis gloriam magnitudine prede
minuere / Alterius nunc in prudentia referenda est ut al-
terius iusticia reputari possit Cum saluberrimo consilio
Temistocles migrare Athemenses in classem coegisset Xerse

a rege et copiis eius grecia pulsus ruinas patrie in pristinum habitum reformaret et opes clandestinis molitionibus ad principatum grecie capessendum nutriret, in concione dixit habere se rem deliberatione sua provisam, quam si fortuna ad effectum perduci passa esset, nichil maius aut potentius atheniensi populo futurum, sed eam vulgari non oportere. Postulavit ergo ut aliquis sibi cui illam tacite exponeret daretur. Datus est Aristides. Is postquam cognovit classem illam lacedemoniorum que tota apud Gytheum subducta erat velle incendere, ut ea consumpta dominatio maris ipsis cederet, processit ad cives et retulit Themistoclem ut utile consilium ita minime iustum animo volvere. E vestigio universa concio quod iustum equum non videretur ne expedire quidem proclamavit, ac protinus Themistoclem incepto iussit desistere.

[N]ichil illis etiam iusticie exemplis fortius. Zaleucus urbe locrensium a se saluberrimis atque utilissimis legibus munita, cum filius eius adulterii crimine dampnatus secundum ius ab ipso constitutum utroque oculo carere deberet, ac tota civitas in honorem patris necessitatem pene adolescentulo remitteret, aliquamdiu repugnavit. Ad ultimum populi precibus evictus suo prius deinde filii oculo eruto usum videndi utrique reliquit. Ita debitum supplicii modum legi reddidit, equitatis admirabili temperamento sed inter misericordem patrem et iustum legislatorem partitus.

[S]ed aliquanto Charonde Thurii prefractior et abscisior iusticia. Ad vim et cruorem usque seditiosas conciones civium pacaverat lege cavendo ut si quis eas cum ferro intrasset continuo interficeretur. Interiecto deinde tempore e longinquo rure gladio cinctus domum repetens subito indicta concione sicut erat in eam processit, ab eoque qui proxime steterat solute a se legis sue admonitus idem inquit ego illam sanciam, ac protinus ferro quod habebat destricto incubuit. Cumque liceret culpam vel dissimulare

vel errorem defendere / penam tamen representare malint
ne qua fraus iusticie fieret /
vius ymagine ante oculos posita venerabile fidei
nomen dextram suaz certissimum salutis humane pignus
ostentat / quam semper in nostra civitate viguisse et omnes
gentes senserunt et nos paucis exemplis recognoscamus /
um ptolomeus rex tutorem populum Romanum filio re
liquisset Senatus M. emilium lepidum pontificem ma
ximum bis consulem ad pueri tutelam gerendam Alexan
driam misit / amplissimique et integerrimi viri sanctitatem
reipublice usibus et sacris occupatam externe procurationi im
pendere voluit ne fides civitatis nostre frustra petita existima
retur Cuius beneficio regia incunabula conservata pariter ac
decorata incertum ptolomeo reddiderunt / patris ne fortuna
magis an tutorum maiestate gloriari deberet /
peciosa illa quoque Romana fides ingenti penorum classe
circa Siciliam devicta duces eius fractis animis consilia
petende pacis agitabant Quorum dux amilcar ire se
ad consules negabat audere ne eodem cathene sibi inicerentur
quo ab ipsis Cornelio asine azine consuli fuerant in
iecte Hanno autem certior Romani animi extimator nichil
tale timendum ratus maxima cum fiducia ad collo
quium eorum tetendit / aput quos cum de fine belli ageret
et tribunus militum ei dixisset posse illi merito evenire quod
Cornelio accidisset Uterque consul tribuno tacere iusso isto te
inquit metu hanno fides civitatis nostre liberat Claros illos
fecerat tantum hostium ducem vincire potuisse sed multo claris
res fecit noluisse Circa hostes parem fidem
in iure legationis tuende patres conscripti exhibuerunt / M.
enim emilio lepido C. flaminio consulibus / L. minucium
et L. manlium Cartaginensium legatos quia manus
his attulerant per fetiales patres conscripti dedendos
curaverunt Sed tunc senatus non eos quibus hoc pre
stabatur aspexit /
uius exemplum superior affricanus secutus / cum

omnis tam multe et illustrium cartaginensium urbis in
suam potestatem redegisset immolatam dimisit / quia se le-
gatos ad eum missos dicebant tam et si manifestum
erat illos vitandi periculi gratia falsum legationis
nomen amplecti · ut Romani imperii potius decepta fides
quam frustra implorata videretur Representemus etiam
illud senatus nullo non tempore permittendum opus legatos ab ur-
be appolonia romam missos Q. fabius Q. minucius e-
dilis orta contencione pulsauerunt Quos ubi comperit
continuo eos per feciales legatis dedit / questoremque cum
hys Brundisium ire iussit · ne quam in itinere a cognatis
deditorum iniuriam acciperent Illam curiam mortalium
quis consilium an non fidei templum dixerit quam ut
ciuitas nostra semper benignam prestitit Ita in sociorum quoque
animis constantem recognouit /
Post duorum in hyspania Scipionum totidemque Romani
sanguinis exercituum miserabilem stragem Zaguntini
victricibus hanibalis armis intra menia urbis sue compulsi
cum vim punicam ulterius nequirent arcere · collatis in fo-
rum que unicuique erant carissima atque undique circumdato ac-
censoque igni ferro ne a societate nostra desisterent · publico
et communi rogo semetipsos superiecerunt Crediderim tunc ipsam
fidem humana negocia speculantem mestum gessisse vultum
perseuerantissimum sui cultum inique fortune iudicio tam acerbo
exitu dampnatum cernentem Idem prestando petelini
eundem laudis honorem meruerunt ab hanibale / quia
deficere a nostra amicitia noluerant obsessi legatos ad se-
natum auxilium implorantes miserunt Quibus propter recen-
tem Canensem cladem succurri non potuit Et enim permis-
sum est ut ipsi facerent quod utilissimum incolumitati eorum
videretur Liberum ergo erat Cartaginensium gratiam ample-
cti Illi tamen feminis omnique etate inbelli urbe egesta
quo diutius armati famem traherent pertinacissime in mu-
ris constiterunt Expirarunt quoque prius eorum tota ciuitas quam

illa ex parte respectum Romane sotietatis deposuit
Itaque hanibali non peliam sed fidum petilie sepul
crum capere contigit.
Atque ut uxoriam quoque fidem attingamus Tercia Emi
lia Africani superioris uxor mater cornelie Gracco
rum tante fuit comitatis et paciencie ut cum sciret
viro suo ancillulam ex suis gratam esse dissimulaverit ne
domitorem orbis Africanum femina magnum virum impa
ciencie reum ageret tantumque a vindicta mens eius
abfuit ut post mortem africani manumissam ancillam in
matrimonium liberto suo daret. Q. lucretium proscriptum
a triumviris uxor turia inter cameram et tectum cubiculi
abditum una conscia ancillula ab imminente exicio non
sine magno periculo suo tutum prestitit singularique fide
id egit ut cum ceteri proscripti in alienis et hosti
libus regionibus per summos corporis et animi cruciatus vix
evaderent ille in cubiculo et in coniugis sinu salutem
Sulpicia autem cum a matre Iulia retineret.
diligentissime custodiretur ne lentulum Cruscellionem
virum suum proscriptum a triumviris in Siciliam perse
queretur nichilominus famulari veste sumpta cum duabus
ancillis totidemque servis ad eum clandestina fuga perve
nit nec recusavit se ipsam proscribere ut ei fides sua in con
iuge eo proscripto constaret.
Restat ut servorum etiam erga dominos quominus expe
ctatam hoc laudabiliorem fidem referamus. M. An
thonius avorum nostrorum temporibus clarissimus orator ince
sti reus agebatur cuius in iudicio accusatorem servum in
questionem perseverantissime postulabat quod ab eo cum ad
stuprum iret laternam prelatam contenderent. Erat autem
is etiam tunc imberbis et stabat in corona videbatque rem
ad suos cruciatus pertinere nec tamen eos fugitavit. Ille vero ut
domum quoque ventum est Anthonium hoc nomine vehementius
confusum et solicitum ultro est hortatus ut se iudici
bus torquendum traderet affirmans nullum ore suo verbum

exciturum quo causa eius lederetur Hic proxime idem
infra patientie perstitit plurimis etiam laceratus verberibus
eculeo quoque impositus candentibus etiam laminis ustus om-
nem accusationis custodita etiam rei salute subvertit Ar-
gui fortuna merito potest quod tam pium et tam fortem spi-
ritum servili nomine inclusit

[C]onsulem autem C. Marium prenestine obsidionis
miserabilem exitum sortitum latebris frustra evadere cona-
tum levem quoque vulnere a Telesino cum quo commori de-
stinaverat perstrictum servus suus ut Sillane crude-
litatis expertem faceret gladio traiectum interemit cum ma-
gna premia sibi proposita videret si eum victoribus tra-
didisset cuius dextere tam oportunum ministerium nihil eorum
cedit a quibus tam salus domini protecta est quia eo
tempore Mario non vita sed mors in beneficio reposita
erat Eque illustre quod sequitur C. Graccus ne
in potestatem inimicorum perveniret Philocrati servo suo cervicem
incidendam prebuit quam cum celeri ictu abscidisset gla-
dium cruore domini manantem per sua egit precordia
Euporum alii hunc vocitatum existimant ego de nomine
nihil disputo famularis tantum fidei robur admiror
cuius si prestantiam animi generosus iuvenis imitatus fo-
ret suo non servi beneficio imminentia supplicia vitasset Nunc
commisit ut Philocratis quam Gracchi cadaver speciosius ia-
ceret Alia nobilitas alius furor sed fidei par exemplum

P [P]indarus Cassium Philippensi prelio victum nuper
ab eo manumissus iussu ipsius obtruncatum insulta-
tioni hostium subtraxit seque e conspectu hominum volun-
taria morte subtraxit abstulit ita ut ne corpus quidem
eius absumpti inveniretur Quis deorum gravissimi sceleris
ultor illam dexteram que in necem patrie parentis exar-
serat tanto torpore alligavit ut se tremebunda Pindari
genibus summitteret ne publici parricidii quas merebatur
penas arbitrio pie victorie exolveret Tu profecto tu
dive Iuli celestibus tuis vulneribus debitam exegisse vin-

dictam perfidiam erga te caput sordidi auxilii sup
plex fieri cogendo eo animi estu compulsum ut neque
retinere vitam vellet neque finire manu sua auderet.
Dixit se hys cladibus G plocius plancus munacii
planci consularis et censorii frater Cum a triumviris
proscriptus in regione Salernitana latet. Delicatiore vite
genere et odore ungenti occultam salutis custodiam dete
xit. Istis enim vestigiis eorum qui miseros persequebantur
sagax inducta cura abditum fuge eius cubile adorata
est Signibus comprehensi servi latentes multumque ac
diu torti negabant se scire ubi dominus esset. Non su
stinuit denique plancus tam fideles tamque boni exempli
servos ulterius cruciari sed processit in medium iugulumque
gladiis obiecit. Quod tamen mutue ardimum dignio
si facit utrum dignior dominus fuerit qui tam consta
tem suorum fidem experiretur an servi qui tam iusta domini
misericordia questionis sevicia liberarentur.

Iam urbani panapionis servi quam admirabilis fides. *De fidelitate servi*
Cum ad dominum proscriptum occidendum domesticorum
indicio certiores factos milites in reatinam villam venisse
cognovisset commutata cum eo veste permutato etiam anulo
illum postico clam emisit se autem in cubiculum ac
lectulum recepit et ut panapionem occidi passus
est. Brevis huius facti narratio sed non parva materia
laudationis. Nam si quis ante oculos ponere velit subi
tum militum accursum convulsa ianue claustra mi
nacem vocem truces vultus fulgentia arma rei veram
extimacionem prosequetur. Nec quam cito dicitur aliquem
mori pro alio voluisse tam illud ex facili eciam fieri
potuisse arbitrabitur. Panapio autem quantum servo deberet
amplum ei faciendo monumentum ac testimonium pye
tatis grato titulo reddendo confessus est.
Contentus essem huius exempli genere nisi unum me
dicere admiracio facti cogeret. Antius restio proscriptus
a triumviris cum omnes domesticos circa rapinam et

predam occupatos videret quam maxime poterat dissimulata fuga se penatibus suis in tempesta nocte subduxit. Cuius furtivum egressum servus ab eo vinculorum pena coercitus inexpiabili quoque litterarum nota per summam oris contumeliam inustus curiosis speculatus oculis ac vestigia huc atque illuc errancia benivolo studio subsecutus lateri voluntarius comes accepit. Quo quidem tam exquisito tamque ancipiti officio perfectissimum expectate pietatis cumulum explevit. Hiis enim quorum felicior in domo status fuerat lucro intentis ipse cum nichil quam umbra et ymago suppliciorum suorum maximum esset emolumentum eius a quo tam graviter punitus erat salutem iudicavit. Cumque abunde foret iram remittere adiecit etiam caritatem. Nec hactemus benivolencia processit sed in eo conservando mira quoque arte usus est. Nam ut sensit cupidos sanguinis milites supervenire amoto domino rogum extruxit et ei quoque egentem a se comprehensum et occisum senem superiecit. Interrogantibus deinde militibus ubinam esset Antius manum rogo intentans ibi illum dare sibi crudelitatis piacula respondit. Verisimilia loquebatur habita est voci fides. Quo evenit ut Antius statim querende incolumitatis occasionem assequeretur.

Multum animis hominum et fiducie adici et sollicitudinis detrahere potest morum ac fortune in claris viris recognita mutacio sive nostros status sive proximorum ingenia contemplemur. Nam cum aliorum fortunas spectando ex condicione abiecta atque contempta emersisse claritatem videamus quid aberit quin et ipsi meliora de nobis cogitemus semper memores stultum esse perpetue infelicitatis se dampnare spemque que etiam inmerita recte fovetur interdum certam in desperacionem convertere.

Manlius torquatus adeo hebetis atque obtusi cordis in initio iuventae existimatus est ut a patre L. manlio amplissimo viro quia et domesticis et reipublicae usibus inutilis videbatur rus relegatus agresti opere fatigabatur. Postmodum patrem reum iudiciali periculo liberavit filiumque victorem quod adversus imperium suum cum hoste manum conseruerat securi percussit. Patriam latino tumultu fessam speciosissimo triumpho recreavit. In hoc credo fortunae nubilo adolescentiae contemptu perfusus quo senectus eius decus lucidius enitesceret.

Scipio autem Africanus superior quem dii immortales nasci voluerunt ut esset in quo virtus semper omnibus numeris efficacis hominibus ostenderetur solucioris vitae primos adolescentiae annos egisse fertur remotos quidem a luxuriae crimine sed tamen punicis tropheis deinde Carthaginis cervicibus imposito iugo teneriores.

C. Valerius flaccus secundi punici belli temporibus luxuria perditam adolescentiam inchoavit. Ceterum a P. Licinio pontifice maximo flamen factus quo facilius a vitiis recederet ad curam sacrorum et cerimoniarum converso animo usus duce frugalitatis religione quantum prius luxuriae fuerat exemplum tantum postea modestiae et sanctitatis specimen evasit. Nichil Q. fabio maximo qui Gallica victoria cognomen Allobrogicus sibique a posteris peperit adolescente magis infame nichil eodem sene ornatius aut speciosius illo seculo nostra civitas habuit. Quis ignorat Q. Catuli auctoritatem in maximo clarissimorum virorum proventu excelsum gradum obtinuisse cuius si superior aetas revolvatur multi lusus multae deliciae reperientur quae quidem ei impedimento non fuerunt quominus patriae princeps nomenque eius in capitolio fastigio fulgeret ac virtute civile bellum ingenti motu orientis sepeliret. L. vero Silla usque ad quaesturae suae comitia vitam libidine vino ludicrae artis amore inquinatam perduxit. Quapropter C. marium consulem moleste tulisse

traditur quod sibi asperrimum in Africa bellum gerenti tam
delicatus questor sorte obuenisset. Eiusdem virtus quasi per
ruptis et disiectis nequitie qua obsidebatur claustris
cathenas in gurgite manibus iniecit, Mitridatem co
pescuit, socialis fluctus belli repressit, Cynne domina
cionem fregit, eum quoque qui se in Affrica questorem
fastidierat ipsam illam provinciam proscriptum exulem
petere coegit. Que tam diuersa tamque inter se contraria
si quis apud animum suum attenciore comparacione expendere
velit, duos in vno homine Sillas esse crediderit, fuisse
turpem adolescentulum et virum dicerem fortem nisi
ipse se felicem appellari maluisset. Atque vt nobilitate
bustis penitencie serpit admonite respicere altiora mo
do suo sperare ausos subiectam. Titus Aufidius
cum asiatici publici exiguam admodum particulam ha
buisset, postea totam Asiam pro consulari imperio ob
tinuit. Nec indignati sunt socii eius parere fascibus que
aliena tribunalia adulantem viderunt. Gessit se etiam inte
gerrime atque splendidissime. Eo quidem modo demonstrauit
pristinum questum suum fortune, presens vero dignitatis incremen
tum moribus ipsius imputari debere.
At P. Rutilius non publicanum in Sicilia egit
sed operas publicanis dedit. Idem vltimam ino
piam suam auctorato sociis officio sustentauit. Ad
hoc postmodum consule leges vniuersi Siculi acceperunt
acerbissimo quoque predonum ac fugitiuorum bello liberati sunt.
Portus ipsos si quis modo inest rebus sensus tantam
in eodem homine varietatem admiratos arbitror. Quem
enim diurnas captuas exigentem animaduerterant, eundem
iura dantem classesque et exercitus regentem viderunt.
Cui tanto incremento maius adiciam. Esculo ca
pto Cn. Pompeius Magni pater Publium Ventidium etate
puberem in triumpho suo populi oculis subiecit. Hic est
Ventidius qui postea Rome ex Parthis et per Parthos de Crasso

227
111

manibus in hostili solo miserabiliter iacentibus triumphum
duxit. Ita qui captivus carcerem exhorruerat victor capi
tolium felicitate celebrauit. In eodem etiam illud eximium
quod eodem anno pretor consul est factus.

Cuius vite contemplem varietatem. L. Lentulus
consularis lege cecilia repetundarum crimine oppressus
censor cum L. Censorino creatus est. Quem quidem
fortuna inter tormenta et dedecora alterna vice versabat. Consulatum illius dampnacionis. dampnacionem
censuram sortiendo. et neque bonis eum perpetuis frui
neque malis eum ingemiscere patiendo. Eisdem viribus
uti voluit in Gn. Cornelio Scipione Nasica. qui con-
sul a penis apud Lyppares captus belli iure o-
mnia perdidisset. letiore subinde vultu eius ad mutus
tumulta recuperavit. consul etiam iterum creatus est. Quis
crederet illum et duodecim securibus ad Carthagi-
nensium peruenturum cathenas. Quis rursus existima-
ret a punicis vinculis ad summum imperii peruenturum insignia.
Sed tamen ex consule captivus. et ex captivo consul
est factus.

Quid Crasso. nonne pecunie magnitudo locupletis
nomen dedit. sed eidem postea inopiam turpem
decoctoris supplacione impressit. Siquidem bona eius a cre-
ditoribus quia solidum praestare non poterat venierunt.
Itaque amara singillacione non caruit. cum egens am-
bularet. omnes ab occurrentibus salutabatur. Crassum
corpus acerbitate Q. Cepio precurrit. Is namque e
preture splendore et triumphi claritate consulatus
decore maximi pontificis sacerdocio ut senatus patronus
diceretur assecutus in publicis vinculis spiritum deposuit.
Corpus quoque eius funesti carnificis manibus laceratum
in scalis gemoniis iacens magno cum horrore
totius fori Romanam conspectum est.

Iam G. marius maxima fortune luctacio est

omnes enim eius impetus tam corporis quam animi ro
bore fortissime sustinuit Arpinatibus honoribus iudicatus
inferior questuram Rome petere ausus est patientia deinde
repulsarum irrupit magis in curiam quam venit In tri
bunatus quoque et edilitatis petitione consimilem campi notam
expertus pretture candidatus supremo in hoc ita hesit quem
tamen non sine periculo obtinuit Ambitus enim accusatus vix
atque egre absolutionem a iudicibus impetravit Ex illo ma
rio tam humili arpinate tam ignobili Rome tam fasti
diendo candidato ille marius evasit qui affricam subegit
Iugurtham regem ante currum egit qui theutonorum
Cimbrorumque exercitus delevit cuius bina in urbe spectantur
Cuius septem in fastis consulatus leguntur Cui post
exilium consulem creari proscripto quoque facere proscriptionem contin
git Quid huius condicione inconstantius aut mu
tabilius Quem si inter miseros posuis miserrimus inter feli
ces felicissimus reperietur C autem Cesar cuius virtutes
aditum sibi in celum astruxerunt inter prime iuvente inicia
privatus Asyam petens a maritimis predonibus circa
insulam farmacusam exceptus quinquaginta se talentis
redemit parva igitur summa clarissimum mundi sidus in
piratico myoparone rependi fortuna voluit
Quid est ergo quod amplius de ea queramur si non conso
tibus quidem divinitatis sue parcit sed celeste numen se ab
iniuria vindicavit Continuo enim captos predones cru
cibus affixit Attento studio nostra commemoratio in
remissiore animo aliena narrare Perdite luxurie

Polemo

Sermo de fi ad propositum

Atheniensis adolescens polemo neque illecebris eius tantummodo
sed etiam ipsa infamia gaudens cum e convivio non
post occasum solis sed post ortum surrexisset domumque redi
ens xenocratis philosophi patentem ianuam vidisset vino gra
vis unguentis delibutus sertis capite redimito perluci
da veste amictus refertam turba doctorum hominum scolam
eius intravit nec contentus tam deformi introitu consedit

eam ut clarissimum eloquium et prudentissima precepta
temulencie lasciuiis eleuaret. Orta deinde inter eos est
omni indignatione xenocrates multum in eodem situ continuit
omissaque re qua disserebat de modestia ac temperancia
loqui cepit Cuius grauitate sermonis resipiscere coactus
Pollemo primum coronam capite deiectam proiecit paulo
post brachium intra pallium reduxit procedente tempore oris
vultus conuiualis hylaritatem deposuit Ad ultimum totam
luxuriam exuit uniusque orationis saluberrima medicina
sanatus ex infami ganeone maximus philosophus euasit pe-
regrinatus est enim eius animus in nequicia non habitauit.
Piget Themistoclis adolescentiam attingere siue patrem
aspiciam abdicationis iniungentem notam siue matrem su-
spendio finire vitam propter filii turpitudinem coactam
cum enim postea grai sanguinis virorum clarissimus extitit
mediumque Europe et Asie vel spei vel desperationis pi-
gnus fuit Hec enim eum salutis sue patronum habuit illa
vadem victorie assumpsit. Cymonis vero incuna-
bula opinione stulticie fuerunt referta eiusdem stulticie im-
peria salutaria athenienses senserunt itaque coegit eos stu-
poris semetipsos dampnare qui eum stolidum crediderant
Nam Alcibiadem quasi due fortune partite sunt altera que
ei nobilitatem eximiam habundantes diuicias formam presta-
tissimam fauorem ciuium propensum summa imperia precipu-
as potentie vires flagrantissimum ingenium assignaret altera
que dampnacionem exilium vendicionem bonorum inopiam odium
patrie violentam mortem infligeret Nec aut hec aut illa
vniuersa sed varia et perplexa freto atque estui similia
Ad inuidiam usque Policratis samiorum tyrannum habun-
dantissimis bonis conspicuus vite fulgor ex-
cessit nec sine causa omnes enim conatus eius placido
excipiebantur itinere spes certum capite rei fructum
apprehendebant vota nuncupabantur simul et soluebantur
velle ac posse in equo positum erat Semel duntaxat vultum

Duplex fortuna

mutavit per quam brevis tristitie salebra sinuatus
tunc cum admodum gratum sibi anulum de industria
in profundum ne omnis incommodi expers esset abiecit quem
tamen continuo recuperavit capto pisce qui eum devoraverat
Sed hunc cuius felicitas semper plenis velis prosperum
cursum tenuit Orontes darii Regis prefectus in excel-
sissimo michalensis montis vertice cruci affixit e qua
putres eius artus et tabido cruore manantia membra
atque illam levam cui neptunus anulum piscatoris manu
restituerat situ marcidam Samos amara servitute aspera
diu pressa liberis ac letis oculis aspexit Dionisius au-
tem hereditatis nomine a patre Siracusanorum ac pene
totius Sicilie tyrannidem adeptus maximarum opum
dominus exercituum dux rector classium equitatuum potens
propter inopiam litteras puerulos corinthi docuit Sed
eodem tempore tanta mutatione maiores natu ne quis
nimis fortune crederet magister ludi factus ex tiranno monuit

Sequitur hunc Siphax rex consimilem fortune iniquitatem expertus quem amicum
hinc Roma per Scipionem illinc Cartago per has-
drubalem ultro petitum ad penates deos venerat Ce-
terum eo claritatis evectus ut validissimorum populorum non ar-
biter sed victor extiterit parvi temporis intercapedine vinctus ca-
tenatusque a lelio legato ad Scipionem impera-
torem pertractus est Cuiusque dexteram regio insidens
solio arrogantius manum attigerat eius genibus supplex
procubuit Caduca nimirum et fragilia puerilibusque
consentanea crepundiis sunt ista que vires atque opes
humane vocantur Affluunt subito repente dilabuntur
Nullo in loco nulla in persona stabilibus nixa radi-
cibus consistunt Sed incertissimo flatu fortune huc
atque illuc acta quos sublime extulerunt improviso recursu
destitutos profundo cladium miserabiliter immergunt Itaque neque
existimari neque dici debent bona que inflictorum malorum

Bona temporalia non sunt bona.

Crepida est calciamentum quod conformatur utrique pedi nec plus uni quam alteri et dicitur a crepes quod est dubium et eodem modo fortuna dubia est.

rum amaritudine desiderium sui duplicant.

Volubilis fortune complura exempla retulimus
constanter propicie admodum pauca narrari possunt
Quo patet eam aduersas res cupido animo
infligere secundas parco tribuere Eadem ubi malignita
tate obliuisci sibi imperauit non solum ac maxima
sed etiam perpetua bona congerit. Videamus ergo quot
gradibus beneficiorum primum metellum a primo originis
die ad ultimum usque fati tempus numquam cessante indul
gencia ad summum beate vite cumulum perduxerit. Nasci
eum in orbe terrarum principem voluit. parentes ei nobi
lissimos dedit. adiecit animi carissimas dotes. et cor
poris vires ut sufficere laboribus possent. uxorem
pudicicia et fecunditate conspicuam conciliauit. Consu
latus decus. imperatoriam potestatem. speciosissimi triumphi
pretextam largita est. fecit ut eodem tempore tres
filios consulares unum etiam censorium triumphalem
quartum pretorium videret utque tres filias nuptum daret
earumque sobolem sinu suo exciperet. tot partus. tot
incunabula tot viriles toge. tam multe nupciales
faces. honorum imperiorum. omnis denique gratulacionis
summa habundancia. cum interim nullum funus. nullus
gemitus. nulla causa tristicie. Celum contemplare.
vix tamen ibi talem statum reperies. quoniam quidem luctus et
dolores deorum quoque pectoribus a maximis vatibus assi
gnari videamus. Hunc vite actum eius consentaneus
finis excepit. Namque metellum ultime senectutis spa
cio defunctum leni genere mortis inter oscula amplexus
que carissimorum pignorum extinctum filii et generi hu
meris suis per urbem latum rogo imposuerunt.

Metellus

Clara hec felicitas obscurior id. sed diuino splendore
Opposita. Cum enim Gyges regno lidie armis et
diuiciis habundantissimo inflatus animo Appollinem

Giges

plurimum felicitatis venisset an quisquam mortalium se esset
felicior. Deus ex abdito sacrarii specu voce emissa a-
glaum Zophidium ei pretulit. Is erat Archadum pau-
perrimus sed etate iam senior terminos agelli sui numquam ex-
cesserat parvuli ruris fructibus ac voluptatibus contentus.
Verum profecto beate vite finem apollo non adum-
brati oraculi sagacitatem complexus est. Quocirca
insolenter fulgore fortune sue glorianti respondit magis se
probare securitate ridens tugurium quam tristem curis
et sollicitudinibus aulam. paucas quoque glebas pavo-
ris expertes quam pinguissima lidie arva metu referta
et unum aut alterum iugum boum facilis tutele quam
exercitus et arma et equitatum voracibus impensis one-
rosum. et usus necessarii horreolum nulli nimis appe-
tendum quam thezauros omnium insidiis et cupidita-
tibus expositos. Ita Gyges dum astipulatorem
vane opinionis deum habere concupiscit ubi nam
solida et sincera esset felicitas didicit.

Nunc illud genus felicitatis exsequar quod totum
in habitu animi consistit. nec in votis petitur. sed in
pectoribus sapientia predit(is) variis dictis factis quoque pru-
dentibus enitescit. Appium Claudium crebro solitum
dicere accepimus negotium populo Romano melius quam ocium
committi. non quod ignoraret quam iocundus tranquillitatis
status esset. sed quod animadverteret prepotentia imperia agitatione
rerum ad virtutem capessendam excitari. nimia quiete
in desidiam resolvi. Et sane negotium nomine hor-
ridum civitatis nostre mores in suo statu continuit
blande appellationis quies plurimis viciis respersit.
Scipio vero Affricanus turpe esse aiebat in re mi-
litari dicere non putaram. videlicet quia explorato
et excusso consilio que ferro aguntur administrari
oportere arbitrabatur summa ratione. Inemendabilis est enim
error qui violentie Martis committitur. Idem negabat

aliter cum hoste confligere debere quam aut si occasio obue-
nisset aut necessitas incidisset eque prudenter. Nam et pro-
speram gerende rei facultatem maxima dementia est omit-
tere et in angustias ultime pugnandi pulsum abstinere
se prelio pestifere ignauie affert exitum. Eorum quoque qui ita
committunt alter beneficio fortune uti alter iniurie nescit
resistere. Quintus quoque Metelli tum grauis tum etiam alta in
senatu sententia qui deleta Carthagine nescire se illa
victoria boni ne plus an mali reipublice attulisset asse-
uerauit quia ut pacem restituendo profuisset ita Hanniba-
lem summouendo non nichil nocuisset. Eius enim transitu
in Italiam dormientem iam pridem Romanam uirtutem
excitatam dicebat metuique debere ne acri emulo libe-
rata in eundem somnum reuolueretur. Sin equo igitur ma-
lorum posuit uri tecta uastari agros exhauriri e-
rarium et prisci roboris neruos hebetari. Quid
illud factum Caii Fimbrie consularis quam sapiens. M.
Marco enim Lutatio Pythia splendido equite Romano
iudex additus de sponsione quam is cum aduersario quod uir
bonus esset fecerat nunquam illud iudicium pronunciatione sua
finire uoluit ne aut probatum uirum si contra eum
iudicasset fama spoliaret aut iuraret uirum bonum es-
se cum ea res innumerabilibus laudibus contineatur. Foren-
sibus hec illa militaribus stipendiis prudentia exhibita.
Papirius cursor consul cum Aquiloniam oppugnans
prelium uellet committere pullariusque non prosperan-
tibus auibus optimum ei auspicium attulisse renunciasset
de fallacia ipsius factus certior sibi quidem et exer-
citui bonum omen datum credidit ac pugnam iniit.
Ceterum mendacem ante ipsam aciem constituit ut
haberent dii in cuius capite si quid ire concepissent
expiarent. Directum est siue casu siue celestis
numinis prouidentia quod primum e contraria parte missum erat
telum in ipsius pullarii pectus eumque exanimem

prostrauit. Id vt cognouit Consul fidente animo et
inuasit Aquiloniam et cepit. Tam cito animaduertit quo
pacto iniuria imperatoris vindicari debeat, quemadmo-
dum violata religio expianda foret, qua ratione vi-
ctoria apprehendi posset. egit virum seuerum, consulem reli-
giosum, imperatorem strenuum, timoris modum, pene genus,
spei viam vno mentis impetu rapiendo.
Nunc ad Senatus acta transgrediar. Cum aduersus
Hannybalem Claudium Neronem et Liuium Sali-
natorem consules mitteret, eosque vt virtutibus pares
ita inimiciciis inter se acerrime dissidentes videret, summo
studio ad gratiam reduxit, ne propter priuatas dissensiones
rem publicam parum vtiliter administrarent. Quia consimili imperio
etiam vbi concordia inest maior aliena opera inspectandi
quam sua edendi cupiditas nascitur. Vbi vero etiam
pertinax intercedit odium alter alterius quam vtrisque contrariis
castris certior hostis prosistit. Eosdem Senatus
cum ob nimis asperam actam censuram a Gn. Bebio
tribuno plebis pro rostris agerentur rei, cause dictione decreto suo
liberauit vacuum omnis iudicii metu eum honorem red-
didit qui exigere deberet rationem non reddere.
Ac illa Senatus sapientia Tyberium Graccum tribunum
plebis agrariam legem promulgare ausum morte mul-
ctauit. Idem vt decemviri legem eius triumviros per vi-
ritim diuideret egregie censuit. Siquidem grauissime sedi-
cionis eodem tempore et auctorem et causam sustulit.
Quid deinde se prudenter in rege Massinissa gessit. Nam
cum promptissima et fidelissima eius opera aduersus Car-
taginenses vsus esset, eiusque in dilatando regno auidio-
rem cerneret, legem ferri iussit qua Massinisse ab im-
perio populi Romani solutam libertatem tribueret. Quo facto
cum optime meriti beniuolentiam retinuit tum Mauri-
tanie et Numidie ceterarumque illius tractus gentium
numquam fida pace quiescentem feritatem a valuis suis
repulit.

Tempus deficiet domestica narrantem quia imperium no
strum non tam robore corporum quam animorum vigore
incrementa ac tutelam sui comprehendit. Maiore itaque ex par
te Romana prudentia in admiratione tacita reponatur
alienigenisque huius operis generis contemptibus detur aditus.
Socrates humane sapientie quasi quoddam terrestre oraculum
nichil ultra petendum a diis immortalibus arbitrabatur quam
ut bona tribuerent, quia hii demum scirent quid unicuique
esset utile. nos autem plerumque id votis expetere quod non
impetrasse melius foret. Etenim densissimis tenebris
involuta mortalium mens in quam late patentem errorem
cecas precationes tuas spargis. Divitias appetis que multis
exitio fuerunt. honores concupiscis qui multos pessum
dederunt. regna tecum ipsa volvis quorum exitus sepe
numero miserabiles cernuntur. Splendidis coniugiis inicis manus
at hec ut aliquando illustrant ita non numquam funditus domos
evertunt. Desine igitur stulta mens malorum tuorum causis
quasi felicissimis rebus inhiare et te totam celestium
arbitrio permitte. quia qui tribuere bona ex facili solent
etiam eligere aptissime possunt.
Item expedita et compendiaria via eos ad gloriam per
venire dicebat qui id agerent ut quales videri vellent
tales etiam essent. Qua quidem predicatione aperte monebat
ut homines ipsam potius virtutem haurirent quam umbram
eius consectarentur. Idem ab adolescentulo quodam
consultus utrum uxorem duceret an se omni matrimonio
abstineret respondit utrum eorum fecisset acturum penitentiam. Hic
te inquit solitudo hic orbitas hic generis interitus hic
heres alienus excipiet. Illic perpetua sollicitudo contextus
querelarum dotis exprobratio affinium grave supercilium gar
rula socrus lingua subsessor alieni matrimonii incertus
liberorum eventus. non passus est iuvenem in contextu rerum
asperarum quasi lete materie facere delectum. Idem cum
Atheniensium scelerata dementia tristem de capite eius
sententiam tulisset forti quoque animo et constanti vultu potionem

venenum e manu carnificis accepisset admoto iam labris
poculo uxore Xantippe inter fletum et lamentationem
vociferante innocentem eum periturum. Quid ergo inquit
nocenti mihi mori satius esse duxisti. Immensam illam
sapientiam que nec in ipso quidem vite excessu oblivisci
sui potuit. Age quam prudenter Solon qui neminem dum adhuc
viveret beatum dici debere arbitrabatur quod ad ul-
timum usque fati diem ancipiti fortune subiecti essemus.
Felicitatis igitur humane appellationem rogus consummat
qui se incursui malorum obicit. Idem cum ex ami-
cis quendam graviter merentem videret in arcem perduxit, hor-
tatusque est ut per omnes subiectorum edificiorum partes
oculos circumferret. Quod ut factum animadvertit, Cogita
nunc tecum inquit quam multi luctus sub his tectis et olim
fuerint hodieque versentur in sequentibus quoque seculis sint habita-
turi, ac omitte mortalium incommoda tamquam propria de-
flere. Qua consolatione demonstravit urbes esse
humanarum cladium consepta miseranda. Idem aiebat
si in unum locum cuncti mala sua contulissent
futurum, ut propria deportare domum quam ex communi miserie
acervo portionem suam ferre mallent. Quo collige-
bat non oportere nos que fortuito patiamur precipue et in-
tollerabilis amaritudinis iudicare. Bias autem
cum patriam eius Prienem hostes invasissent omnibus
quos modo sevicia belli incolumes abire passa fu-
erat preciosarum rerum pondere onustis fugientibus
interrogatus quid ita nichil ex bonis suis secum
ferret, Ego vero inquit bona mea mecum porto.
Pectore enim illa gestabat non humeris nec oculis
visenda sed extimanda animo, que domicilio mentis
inclusa, nec mortalium nec deorum manibus labe-
factari queunt, et ut manentibus presto sunt ita fu-
gientes non deserunt. (i. brevis et compendiosa)
Iam Platonis verbis astricta sed sensu prevalens

Divicie durabiles.

sentencia / qui tunc demum beatum fore orbem futurum predicauit / cum aut sapientes regnare aut reges sapere cepissent / Beatitudo orbis

Rex etiam ille subtilis iudicij quem ferunt traditum sibi dyadema prius quam capiti imponeret retentum diu considerasse ac dixisse / O nobilem magis quam felicem pannum / quem si quis penitus cognosceret quam multis sollicitudinibus et periculis et miserijs sit refertus ne humi quidem iacentem tollere vellet / Placao contemptibilis

Quid Xenocratis. Xenocratis quam laudabile / qui cum maledicto quorundam sermoni summo silencio interesset / uno ex hijs querente / cur solus linguam suam cohiberet / quia dixisse me inquid aliquando penituit tacuisse nunquam / Taciturnitas

Aristophanes quam altioris est prudentie preceptum qui in comedia introduxit remissum ab inferis Atheniensium periclem vaticinantem non oportere in urbe nutriri leonem / si autem sit alitus obsequi ei conuenire monet eum ut precipue nobilitate et concitati ingenij iuuenes refrenentur / nimio ciuium fauore ac prospera indulgencia pasti quominus potentiam obtineant ne impediantur / quod stultum et inutile sit eas obtrectare vires quas ipse foueris /

Egregie etiam Thales. Nam interrogatus an facta hominum deos fallerent / Ne cogitata inquit / ut non solum manus sed etiam mentes puras habere vellemus cum secretis cogitationibus nostris celeste numen adesse credidissemus /

Nec quod consequitur minus sapiens. Cum filie pater Themistoclem consuleret utrum eam pauperi sed ornato an locupleti parum probato collocaret / Cui ille malo inquit virum pecunia quam pecuniam viro indigentem. Quo dicto stultum monuit ut generum potius quam diuicias generi legeret /

Extat Philippi quoque perprobabilis epistola in qua Alexandrum quorundam Macedonum beniuolentiam largicione

ad se atrahere conatum sic increpuit Que te fili ra-
cio in hanc tam vanam spem induxit ut eos
tibi futuros existimares quos pecunia ad amorem
tui compulisses A caritate istud pater cuius vox Phi-
lyppus maiore ex parte mercator grecie quam victor

Aristotiles autem Calistenem auditorem suum
ad Allexandrum mittens monuit ut cum eo aut
rarissime aut quam iocundissime loqueretur quo scilicet
Loquela cauta — aput regias aures vel silencio tucior vel sermone esset
acceptior At ille dum Allexandrum persica
salutacione gaudentem obiurgat et ad macedonicos
mores invitum revocare benivole perseveraret spiritu carere
iussus seram neglecti salubris consilii penitenciam egit
Idem Aristotiles de semetipso in neutram partem loqui
debere predicabat cum laudare se vani et vituperare stul-
ti esset Eiusdem utilissimum exemplum ut volupta-
tes abeuntes consideremus quas quidem sic ostendendo immi-
nuit fessas enim penitencie quam plenas animis nostris subicit quo
minus cupide repetentur

Nec parum prudens Anaxagoras interroganti cui-
dam quisnam esset beatus Nemo inquit ex hiis quos tu
Beatus — felices existimas sed eum in illo numero reperies qui a
te ex miseris constare creditur Non erit ille divi-
ciis et honoribus habundans sed aut exigui ruris aut
non ambiciose doctrine fidelis ac pertinax cultor in se-
cessu quam in fronte beatior Demadis quoque dictum sapi-
ens nolentibus enim Atheniensibus divinos honores Alle-
xandro decernere Videte inquit ne dum celum custoditis
terram amittatis Sed porro subtiliter Anacharsis leges
aranearum comparabat nam ut illas infirmiora animalia
Lex — retinere valenciora transmittere Ita hiis humiles et pau-
peres constringi divites et potentes non alligari

Nichil etiam Agesilay facto sapientius Qui cum ad-
uersus rempublicam Lacedemoniorum conspiracionem ortam
nocte comperisset leges ligurgi continuo abrogauit que de
indempnatis supplicium sumi vetabant Comprehensis autem
et interfectis sontibus euestigio restituit atque vtrumque simul
prouidit ne salutaris animaduersio uel iniusta esset uel iure
impediretur Itaque vt semper esse posset aliquando non fuit.
Nescio an Hannonis excellentissimi consilium Ma-
gone enim Canensis pugne exitum senatui penorum nun-
ciante in quod tanti successus fidem anulos aureos trium
modiorum mensuram explentes fundente qui interfectis
nostris ciuibus detracti erant quesiuit an aliquis soci-
orum post tantam cladem a Romanis defecisset Atque vt
audiuit neminem ad hanybalem transisse suasit protinus
vt legati Romam per quos de pace ageretur mitterentur
Cuius si sententia valuisset in secundo punico bello victa Car-
thago neque tercio deleta foret. Ne Samnites quidem paruas
penas consimilis erroris pependerunt quod herenii poncii
salutare consilium neglexerunt Qui auctoritate et pru-
dencia ceteros prestans ab exercitu et duce eius filio suo
consultus quidnam fieri de legionibus Romanis apud furcas
caudinas inclusis deberet inuiolatas dimittendas respondit Po-
stero die eadem de re interrogatus deleri eas oportere dixit
vt aut maximo beneficio gratia hostium emeretur aut grauissima
iactura vires confringerentur Sed improuida temeritas victo-
rum dum vtramque partem vituperat sub iugum missam in
perniciem suam accendit.
Multis et magnis sapientie exemplis paruulum adiciam
Cretenses cum acerbissima execracione aduersus eos quos
vehementer oderunt vti volunt vt mala consuetudine de-
lectentur optant modesto quod voti genere efficacissimum vlcionis
euentum reperiunt Inutiliter enim aliquid concupiscere et in
eo perseuerare morari exicio vicina ea dulcedo est.

Humanum est peccare Angelicum emendare Dyabolicum perseue-
rare.

Valerius vii. c. iii. Valerius sapiens et vafricie dux est [illegible] prima [illegible]
de qua dictum est in precedenti titulo [illegible] obliqua et plena
astucia de qua dicitur in hoc titulo

eo aliud factorum dictorumque genus a sapiencie pro
ximo deflexu ad vafricie nomen progressum quod nisi
fallacie vires assumpserit fidem propositi non invenit laudem
ex occulto magis tramite quam aperta via petit. Servio
enim Tullio regnante cuidam patrifamilias in agro Sabino
precipue magnitudinis et eximie forme vacca nata est quam
oraculorum certissimi auctores in hoc a diis immortalibus
editam crediderunt ut quisquis eam Aventinensi Diane immo
lasset eius patria tocius terrarum orbis imperium obtineret. Letus
eo dominus bovem summa cum festinacione actam Romam
maturitatem in Aventino ante aram Diane constituit
sacrificio Sabinis regimen humani generis daturus. De
qua re antistes templi certior factus religionem hospi
ti intulit ne prius victimam cederet quam proxima se
aqua abluisset. Eo quod alveum Tyberis petente vac
cam ipse ymolavit et urbem nostram tot civitatum tot
gentium dominam pro sacrificii furto reddidit. Quo in
genere acuminis in primis Junius Brutus referendus est.
Nam cum a rege Tarquinio avunculo suo omnem
nobilitatis indolem excerpi inter quos ceteros etiam fratrem
suum quod vegecioris ingenii erat interfectum animadverte
obtusi se cordis esse simulavit ea quod fallacia maximas
virtutes suas texit. Profectus etiam Delphos cum
Tarquinii filiis quos is ad Appollinem pyticum munerii
bus et sacrificiis honorandum miserat aurum deo nomine
doni concavato baculo inclusum tulit quia timebat
ne sibi celeste numen aperta liberalitate venerari tutum
non esset. Peractis deinde mandatis patris appollinem
Juvenes consuluerunt quisnam ex ipsis Rome regnaturus
videtur. At is penes eum summam potestatem urbis
nostre futuram respondit qui ante omnes matri osculum dedisset.
Tum Brutus perinde atque casu prolapsus de industria

se abiecit terram quam communem omnium matrem existimans
osculatus est Quod tam vaffre telluri impressum
osculum urbi libertatem Bruto primum locum in
fastis tribuit

[S]cipio quoque superior presidium calliditatis amplexus
est Ex Sicilia enim petens Affricam ad fortis-
sissimis peditibus Romanis trecentorum equitum
numerum complere vellet neque tam subito eos instruere
posset quod temporis angustie negabant sagacitate
consilii assecutus est Namque ex hiis iuvenibus quos
secum e tota Sicilia nobilissimos et ditissimos sed
inermes habebat ad se vocatos captos speciosa arma
et electos equos quam celerrime expedire iussit velut
eos continuo secum ad oppugnandam Carthaginem
advecturus Qui cum imperio et celeriter ita
longinqui et periculosi belli respectu sollicitis animis
paruissent remittere Scipio illam expeditionem si ar-
ma et equos militibus suis tradere voluisset edixit
rapuit condicionem imbellis ac timida iuventus instru-
mento quam suo cupide nostris cessit Ergo calliditas
ducis providit ut si quid primus iniungeret gravius
primus deinde remisso milicie metu maximum beneficium
fieret Quod sequitur narrandum est

[Q]uintus Fabius Labeo arbiter a senatu finium
constituendorum inter Nolanos ac Neapolitanos
datus cum in rem presentem venisset utrosque sepa-
ratim monuit ut omissa cupiditate regredi modo
controversia quam progredi mallent Id quod cum
utraque pars auctoritate viri mota fecisset aliquan-
tulum in medio vacui agri relictum est Con-
stitutis deinde finibus ut ipsi terminaverant quicquid re-
liqui soli fuit populo Romano adiudicavit Ceterum

Et si circumventi Nolani ac Neapolitani queri merito
potuerunt tamen ipsorum dementiam dicta simul impro
bi prestigiorum novum civitati nostre vectigal accessit
Eundem ferunt cum a rege Antiocho quem bello
superaverat ex federe icti dimidiam partem navium
accipere deberent medias omnes secuisse ut eum tota
classe privaret Iam M. Antonio remittendum
convicium est qui ideo se aiebat nullam orationem
scripsisse ut si quid superiore iudicio actum esset
quod ei quem postea defensurus esset nocitum foret
non dictum a se affirmare posset quod facti vix pudenter
causam tollerabilem habuit pro periclitantium enim
capite non solum eloquentia sua uti sed etiam verecun
dia abuti paratus erat
Sertorius vero corporis robore atque animi con
silio parem nature indulgentiam expertus pro
scriptione Sillana dux Lysitanorum fieri coactus
cum eos oratione flectere non posset ne cum Romanis
universa acie confligere vellent vafro consilio ad
suam sententiam perduxit duos enim in conspectu eo
rum constituit equos validissimum alterum alterum
infirmissimum ac deinde validi caudam ab imbecilli
sene paulatim carpi infirmi a iuvene eximie
virium universam convelli iussit obtemperatum imperio
est sed dum adolescentis dextra irrito se labore
fatigat senio confecta manus ministerium executa est
Tunc barbare concioni quorsum ea res tenderet
cognoscere cupienti subiecit equi caude consimilem
esse nostrum exercitum cuius partes aliquis aggrediens
opprimere posset universum conatum prosternere celerius
traditurum victoriam quam occuparit ita gens bar
bara aspera et regi difficilis in exitium suum ru

ens quam vtilitatem ciuibus respexerat quam prius
abius autem maximus cuius non dimicare vi-
cere fuit cum precipue fortitudinis nolanum pe-
ditem dubia fide suspectum et strenue opere luca-
num peditem equitem amore scorti deperditum in
castris haberet vt vtroque potius bono milite vteretur
quam in vtrumque animaduertere alteri suspicionem suam dis-
simulauit in altero disciplinam a recto tenore defle-
xit Namque illum bene pro tribunali laudando omni
genere honoris prosequendo animum suum a penis
ad Romanos coegit redire et hunc clam meretricem
redimere passus fidissimum pro nobis excursorem
reddidit Veniam nunc ad eos quibus salus astu-
cia questita est

Volusius edilis plebis proscriptus ysiaci habitu per
itinera viasque publicas stipem petens quisnam
vere esset occurrentes dignoscere passus non est
Eoque fallacie genere tectus in M. bruti castra per-
uenit Quid illa necessitate miserius que magistratum populi
Romani abiecto honoris pretexto alienigene reli-
gionis obscuratum insignibus per vrbem iussit
incedere O nimis hii sue vite aut illi aliene mortis
cupidi qui talia vel ipsi sustinuerunt vel alios per-
peti coegerunt

Aliquanto speciosius Sentius Saturninus vetulonis in
eodem genere casus vltime sortis auxilium qui
cum triumuiris inter proscriptos nomen suum propositum
audisset continuo preture insignia inuasit preterea
tibus quoque in modum lictorum et apparitorum et seruorum
publicorum subornatis vehicula comprehendit hospicia
occupauit obuios suos summouit ac tam audaci
vsurpacione imperii in maxima luce densissimas
hostilibus oculis tenebras offudit Idem vt puteolos

perinde ut publicum ministerium agens summa cum cele
ritate correptis navibus in Siciliam tutissimum tunc pro
scriptorum perfugium penetravit.
His uno adiecto lenioris note exemplo ad externa re
vertar. Amantissimus quidam filii cum eum in
concessis ac periculosis scorti amoribus ab insania cu
piditatis pater inhibere vellet salubri consilio patriam
indulgentiam temperavit. petiit enim ut prius quam ad
eam quam diligebat iret vulgari et permissa ve
nere uteretur. Cuius precibus se obsecutum adolescens
infelicis animi impetum satietate licentis concubitus
resolutum ad id quod non licebat tardiorem pigrio
remque afferens paulatim deposuit.
Alexander Macedonum rex sorte monitus
ut eum qui sibi porta egresso primus occurrisset
interfici iuberet asinarium forte sibi obviam factum
ad mortem abripi imperasset. eo quaerente quidnam
se immerentem capitali supplicio innocentemque adiceret
cum ad excusandum factum suum oraculi preceptum
attulisset. Asinarius si ita est inquit rex alium
sors huic morti destinavit. Nam asellus quem
ego ante me agebam prior tibi occurrit. Delectatus
Alexander et illius tam callido dicto et quod ipse
ipse revocatus ab errore erat occasionem in aliquod vi
liore animali expiande religionis rapuit. Summa
in hoc mansuetudo in alterius regis equisona cal
Oppressa magorum dominatione liditas.
Oppresso Darius rex adiutoribus eiusdem dignitatis
assumptis pactum cum eis pelari operis consortibus fe
cit ut equis insidentes solis ortu cursum in quendam
locum dirigerent. is quoque regno potiretur cuius equus
in eo primus hinnisset. Ceterum maxime incedis com

Darius in cro. li. 1. c. 13.

competitoribus fortune beneficium expectantibus solus ta-
men equisonis sui Ebaris prosperum exoptate rei
effectum assecutus est. Qui in eque genitalem partem
demissam manum cum ad eum locum venisset
naribus equi admovit. Quo odore irritatus ante
omnes hinnitum edidit. Audito quo eo sex reliqui sum-
me potestatis candidati continuo equis delapsi ut est
mos persarum humi prostratis corporibus Darium
Regem salutaverunt. Quantum imperium quam par-
vo interceptum est vaframento.

Bias autem cuius sapientia diuturnior inter homines est
quam patria Priene fuit. Siquidem hec etiam nunc spi-
rat illius perinde vero extincte vestigia tantummodo extant. — Cautela Amicicie
Ita aiebat oportere homines in usu amicitie versari
ut meminissent eam ad gravissimas inimicitias posse
converti. Quod quidem preceptum prima facie specie
nimis fortasse callidum videatur inimicumque simplici-
tati qua plerumque familiaritas gaudet. Sed si
altior animi cogitatio demissa fuerit per quam utile
reperietur. Lampsacene vero urbis salus
unius vaframenti beneficio constitit. Nam cum ad
excidium eius summo studio Alexander ferretur proximum
quem conspexit Anaximenem preceptorem suum in-
iurasse quia manifestum erat futurum ut preces suas ire
eius opponeret non facturum se quod petisset. Inuenit
Tunc Anaximenes peto inquit ut Lampsacum di-
ruas. Hec velocitas sagacitatis oppidum vetusta
nobilitate inclitum exitio cui destinatum erat subtraxit. — Utile est consilium sapientum
Demosthenis quoque astutia mirifice cuidam anicule subsidio
fuit. Que pecuniam depositi nomine a duabus
hospitibus acceperat ea condicione ut illam simul u-
trisque redderet. Quorum alter interiecto tempore tamquam

mortuo socio squalore obsitus acceptam omnes nummos
abstulit. Superuenit deinde alter et depositum pete
cepit. Herebat miser et in maxima pariter et pe
cunie et defensionis penuria iam de laqueo et
suspendio cogitabat. Sed oportune Demostenes
ei affuit patronus qui ut in aduocationem venit
mulierem inquit parata est depositi se fidem soluere sed
nisi socium adduxeris id facere non potest quoniam ut ipse vo
ciferaris hec dicta est lex ne pecunia alteri sine altero
e ne illud quidem parum prudenter inaretur
qui athenis vniuerso populo inuisus causam aput
eum capitali crimine dicturus maximum honorem subi
to petere cepit non quod speraret se illum consequi
posse sed ut haberent homines vbi procursum ire quod
acerrimus esse solet effunderent. Neque eum tam cal
lida consilii ratio fefellit. Comiciis enim clamore in
festo et crebris totius contionis sibilis vexatus
nota etiam denegati honoris persectus eiusdem ple
bis paulopost in discrimine vite clementissima suf
fragia expertus est. Quod si ad hoc et ultionem siti
enti capiti suum prelum obiecisset nullam partem de
fensionis odio obseratae aures recepissent.
Huic vafrimento consimilis illa calliditas sump
ton Hanibal a Iulio consule nauali prelio victus
timens quod amisse classis penas dare offensam astu
cia auertit. Nam ex illa infelici pugna prius quam cla
dis nuntius domum perueniret quendam ex amicis
compositum et formatum Carthaginem misit.
Qui postquam ciuitatis eius curiam intrauit consuli
nos inquit Hanibal cum dux Romanorum magnas
secum maritimas trahens copias aduenerit an cum
eo confligere debeat. Acclamauit vniuersus sena
tus non esse dubium quin oporteret. Tum ille Co

flixit inquit et superatus est Ita liberum non re-
liquit his id factum dampnare quod ipsi fieri
debuisse iudicaverunt

Iam Hanibal Fabium maximum invictam armorum
suorum vim saluberrimis cunctationibus pugne
ludificantem ut aliqua suspicione trahendi belli re-
spergeret totius Ytalie agros ferro atque igne va-
stando unius eius fundum immunem ab huiusmodi in-
iurie genere reliquit Profecisset aliquid tanti
beneficii insidiosa adumbratio eius nisi Romane
urbi et Fabii pietas et Hanibalis vafri mo-
res fuissent notissimi

Tusculanis etiam astutie consilii incolumitas parta
est Cum enim crebris rebellationibus meruissent
ut eorum urbem funditus Romani everterent vellent atque
ad id exequendum Furius Camillus maximus dux
validissimo instructus exercitu venisset et universi to-
gati obviam processerunt Commeatusque et cetera pa-
cis munia benignissime prestiterunt Armatum etiam in-
trare menia passi sunt nec vultu nec habitu mutato
Qua constantia tranquillitatis non solum ad amicitie
nostre ius sed ad communionem civitatis usque penetrarunt
Sagaci hercule usi simplicitate qui aptius esse in-
tellexerant metum officio dissimulare quam armis protegere

a E volscorum ducis Tullii execrabile consilium Qui
ad bellum inferendum Romanis maxima cupiditate
accensus cum aliquot adversis preliis contusos animos
suorum et ob id paci promptiores animadverteret insidio-
sa ratione quo volebat compulit Nam cum specta-
culum ludorum gratia magna volscorum multitudo Rome
convenisset consulibus dixit vehementer se timere ne quid
hostile molirentur monuitque ut essent cautiores
Et protinus ipse urbe egressus Quam rem consu-

les ad senatum detulerint / tamen tam et si nulla
suspicio suberat · auctoritate tamen Tulli commoti / ut
ante noctem volsci abirent decreverunt Qua contu
melia irritati facile impelli potuerunt ad rebellandum
Ita mendacium versuti ducis simulacione benivolencie
involutum duos simul populos fefellit / Romanum
ut insontes notaret · / volscum ut deceptis irasceret /

lla vero pars calliditatis egregia · et ab omni repre
hensione procul remota / cuius opera quia appella
cione vix apte exprimi possunt greca pronunciacione

Astucia militaris

strategemata dicuntur ¶ Omnibus militaribus copiis
Tullus hostilius fidenas aggressus que surgentis
imperii nostri incunabula · crebris rebellacionibus
torpere passe non sunt / finitimis quoque tropheis ac
triumphis alitam virtutem eius spes sua vetus pro
movere docuit Metius suffecius dux albanorum
dubiam et suspectam semper societatis fidem re
pente in ipsa acie detexit Detecto enim Romani exer
citus latere in proximo colle consedit / pro adiutore
speculator pugne futurus ut aut victos insultaret
aut victores fessos aggrederetur Non erat dubium quin
ea res militum nostrorum animos debilitatura esset · cum
eodem tempore et hostes confligere · et auxilia desciscere
cernerent Itaque ne id fieret Tullus providit / conci
tato enim equo omnes pugnancium globos percurrit
predicans suo iussu secessisse Metium · eumque cum ipse
signum dedisset invasurum fidenatium terga / Quo
imperatorie artis consilio metum fiducia mutavit
pavoremque trepidacionis alacritate suorum pectora replevit
Et ne continuo a nostris regibus recedam Sextus
Tarquinius Tarquinii filius indigne ferens quod patris

viribus expugnari Gabii nequirent valentiorem
armis excogitavit rationem qua interceptum illud oppidum
Romano imperio adiceret Subito namque se ad Ga
binos contulit tamquam parentis sevitiam et ver
bera que voluntate sua perpessus erat fugiens ac pau
latim uniuscuiusque fictis et compositis blandiciis
alliciendo benivolentiam ut apud omnes plurimum pos
set consecutus familiarem suum ad patrem misit in
dicaturum quemadmodum cuncta in manu sua haberet et
quesiturum quidnam fieri vellet Iuvenili calliditati
senilis astucia respondit Siquidem re eximia delectatus
Tarquinius fidei autem nuntii parum credulus nichil re
spondit Sed seducto eo in ortum maxima et altis
sima papaverum capita baculo decussit Cognito
adolescens silencio simul ac patris facto causa ali
argumenti providit Nec ignoravit precipi sibi ut ex
cellentissimum quemque Gabinorum aut exilio summoveret
aut morte consumeret Ergo spoliatam bonis propu
gnatoribus civitatem tantum non vinctis manibus ei tradidit
Illud quoque maiorum et consilio prudens et exitu
feliciter provisum Cum enim urbe capta Galli ca
pitolium obsiderent solamque potiendi eius spem
in fame eorum repositam animadverterent per quam
callido genere consilii unico perseverancie incitamento
victores spoliaverunt panes enim iacere compluribus e lo
cis ceperunt Quo spectaculo obstupefactos infini
tamque frumenti habundanciam nostris superesse credentes
ad pacem omittende obsidionis compulerunt Misertus
est tunc profecto Iupiter Romane virtutis presidium ab
astucia mutuantis cum summam alimentorum inopiam
proici presidia inopie cerneret Ergo ut vaferi ita
periculosi consilii salutarem exitum dedit
Idem quoque Iupiter postea prestantissimorum ducum no
strorum sagacibus consiliis propicius aspiravit Nam

cum alterum Italie latus hanibal laceraret al
terum invasisset hastrubal ne duorum fratrum iuncte
copie intollerabili onere fessas simul res urge
gerent hinc Claudii neronis vegetum consilium
illinc livii salinatoris inclita providentia effecit
Nero enim compresso a se in lucanis hanibale pre
sentiam suam quoniam ita ratio belli desiderabat mentitus
hosti ad opem college ferendam per longum iter ce
leritate mira tetendit salinator in umbria aput
methaurum flumen primo die dimicaturus summa cum
dissimulatione neronem castris noctu recepit Tri
bunos enim a tribunis centuriones a centurionibus
equites ab equitibus pedites a peditibus excipi
iussit ac sine ulla emulatione solo vix uno exer
citu sapiente alium inseruerit Quo evenit ne has
drubal cum duobus se consulibus preliaturum prius
sciret quam utriusque virtute prosterneretur Ita illa
tota terrarum orbe infamis punica calliditas roma
na elusa prudentia hanibalem neroni hastruba
lem salinatori decipiendum tradidit

Memorabilis etiam consilii Q. metellus qui
cum pro consule bellum in hyspania gereret ur
bem quoque cetebiam caput eius gentis viribus expugnare
non posset intra pectus suum multum ac diu consiliis a
gitatis viam repperit qua propositum ad exitum perduceret
Itinera magno impetu ingrediebatur et deinde
alias atque alias regiones petebat hos obsidebat
montes paulopost ad alios transgrediebatur cum
interim tam suis omnibus quam ipsis hostibus ignota
erat causa inopinate ac subite fluctuationis Inter
rogatus quoque a quodam amicissimo sibi quid ita
sparsum et incertum militie genus sequeretur Abs

sisse inquit istud quere / nam si huius consilii mei in
teriorem tunicam conscientiam esse sensero continuo eam
cremari iubebo Quorsum igitur ista dissimulacio e
rupit aut quem finem habuit / postquam vero et ex
ercitum suum ignorancia et totam celtiberiam er
rore implicauit cum alio cursum direxisset subito
ad Cerebiam retulit eam quam inopinatam et atto
nitam oppressit Ergo nisi mentem suam dolos scru
tari coegisset ad ultimam ei senectutem aput
menia Cerebie armato sedendum foret /
Agathocles autem Syracusanorum rex audaciter
callidus Cum enim urbem eius maiore ex
parte Carthaginenses occupassent exercitum suum in
Affricam traiecit ut metum metu vi vim dis
cuteret nec sine aduentu effectu Nam repentino
eius aduentu perculsi peni libenter incolumita
tem suam salute hostium redemerunt / pacti
que sunt ut in eodem tempore et Affrica Siculis
et Sicilia punicis armis liberaretur Agathocles
ergo Syracusanorum menia si tueri perseuerasset
illa belli mala urgerent bona pacis fruenda sane
Carthagini reliquisset nunc inferendo que pa
tiebatur dum alienas potius lacessit opes quam
suas tuetur / quo equiore animo regnum dese
ruit eo tucius recepit /
Quid Hanibal Cannensem populi Romani aciem
nonne prius quam ad dimicandum descenderet
compluribusque astucie copulatam laqueis ad tam mi
serabilem perduxit exitum Ante omnia enim
prouidit ut et solem et puluerem qui ibi vento
multus excitari solet aduersum haberet Deinde partem

copiarum suarum in ipso prelii tempore de indu
stria fugere iussit quam cum ab alio exercitu obru
ptam legio romana insequeretur trucidandam
eam ab his quos in insidiis collocaverat curavit
Postremo quadringentos equites subornavit qui
simulata transitione pecierunt consulem a quo iussi
more transfugarum depositis armis in ultimam
pugne partem secedere districtis gladiis quos inter
tunicas et loricas abdiderant poplites pugn
ancium Romanorum ceciderunt. hec fuit punica
fortitudo dolis et insidiis et fallaciis instructa
que nunc iustissima circumveniente virtute nostre excusatio
est quoniam decepti magis quam devicti sumus
ampi quoque repulsa condicio ambiciosam ingre
dientes viam ad forcius sustinendos parum
prosperos comiciorum eventus utiliter instruxerit
proposita ante oculos clarissimorum virorum repulsa ut
non minore cum spe honores ita prudenciore
animi iudicio petent meminerint quod nephas non esse
ab omnibus aliquid uni negari cum sepenumero sin
guli cunctorum voluntatibus resistere phas esse duxerint
scientes eciam paciencia queri debere quod gra
cia impetrari nequiverit
aelius celius tubero a Q. fabio maximo epu
lum populo Romano nomine P. affricani patri
sui dante rogatus ut triclinium sterneret lectulos
punicanos pellibus edinis stravit et pro argen
teis vasis samia exposuit Cuius rei deformitas
sic homines offendit ut cum alioquin vir egregius
haberetur comiciis quoque pretoriis candidatus in ca
mpum L. paulo avo et P. affricano avunculo
innixus descendisset repulsa inde abiret notatus

Nam ut privatim semper continentiam probabant ita
publice maxima cura splendoris habita. Quocirca urbs
non unius diei mīm sed totam se in illis pelli
culis iacuisse credens Tuberonem comitiali suffragiis
suis vindicavit. P. autem Scipio nasica toge po
tentie clarissimum lumen qui consul Jugurthe bel
lum indixit qui matrem ydeam e frigiis sedibus
ad nostras aras focos quam migrantem sanctissimis manibus
accepit qui multas et pestiferas sediciones aucto
ritatis sue robore oppressit. Quo principe senatus
per aliquot annos gloriatus est cum edilitatem
curulem adolescens peteret manum quam cuiusdam rusti
co opere duratam more candidatorum tenacius appre
hendisset ioci gratia interrogavit eum num manibus
manibus solitus esset ambulare. Quod dictum a circum
stantibus exceptum ad populum manavit causam quam repulse
Scipioni attulit. omnes namque rustice tribus pau
pertatem sibi ab eo exprobratam iudicantes iram suam
adversus contumeliosam eius urbanitatem distri
xerunt. Igitur civitas nostra nobilium iuvenum inge
nia ab insolencia revocando magnos et utiles cives
fecit honoribusque non paciendo eos a securis peti
debitum pondus auctoritatis adiecit. Nullus error
talis in L. emilio paulo conspectus est sed tamen
aliquociens frustra consulatum petiit. Idem quam
cum iam campum repulsis suis fatigasset bis
consul et censor factus est amplissimum etiam digni
tatis gradum obtinuit cuius virtutem iniurie
non fregerunt sed acuerunt quoniam quidem ipsa no
ta accensam cupiditatem summi honoris ardentiorem
ad comitia detulit ut populum quia nobilitatis sple
dore et animi bonis movere non poterat pertinacia
vinceret.

q autem Celium metellum pavidi et mesti amici
Consulatus repulsa afflictum tristicia ac rubo-
re plena domum reduxerunt. Eundem de pseudo phi-
lippo triumphantem vniuersus senatus letum et ala-
crem in capitolium prosecutus est. Achayci eciam
belli eius summam manum L. mummius adiecit maxima
pars ab hoc viro profligata est. Ei ne ergo populus consu-
latum negare potuerunt cui mox duas clarissimas
prouincias aut datus erat aut debiturus achayam
tunc macedoniam. Et quidem hic facto meliore ciuita-
te usus est. Intellexerit enim quam industrie sibi
gerendus esset consulatus quem tanto labore impe-
trari senserat.

Quid tam excellens quid tam opulentum quam
L. Silla diuicias imperia largitus est leges ve-
terum abrogavit novas tulit. hic quam in eo campo
cuius postea dominus extitit repulsa preture suggilla-
tus est. Omnia loca petiti honoris si quis medio
deorum formam et ymaginem future eius potentie
populo Romano representasset impetratus. Sed ut com-
ciorum maxime ciuem respiciam M. porcius catho plus
moribus suis preture decoris additurus quam pre-
texto eius splendoris re latum consequi illum a
populo aliquis non potuit. proxima dementie suffra-
gia. Que quidem satis graues penas erroris sui
pependerunt quoniam quem honorem cathoni nega-
uerunt vatinio dare coacti sunt. Ergo si vere
extimare volumus non cathoni tunc pretura sed pre-
ture catho denegatus est.

Abhominande quam imitatur amarissime leges et tru-
culentissima impia tum urbem itaque tu etiam
exteras gentes multa non intellectu tantum sed etiam

auditu grauia pati coegerunt Nam cum aduersis
prelijs secundo punico bello exhausta militari iu-
uentute romana senatus auctore Tito Graccho con-
sule censuit uti publice seruorum ad usum propulsan-
dorum hostium impetum emerentur Ea quia de re per tribu-
num plebis apud populum lata rogatione tres uiri fa-
cti sunt qui quatuor et uiginti milia seruorum com-
pararunt Adactos quoque iure iurando strenuam fortem
quoque operam se daturos quoad Peni essent in Italia
datis arma in castra miserunt Ex Apulia etiam
et a Pediculis septuaginta atque ducenti ad supplemen-
tum equitatus sunt empti Quanta uiolentia est
casus acerbi Que ciuitas ad id tempus ingenuos
quoque originis capitecensos habere milites fastidierat
Eadem cellis seruilibus extracta corpora et a pastoralibus
casis collecta mancipia uelut precipuum firmamentum exer-
citui suo adiecit Cedit ergo interdum generosus spiritus utili-
tati et fortune uiribus succumbit ubi nisi tuciora consilia
legeris speciosa sequenti concidendum est.
Cannensis autem clades adeo uehementer urbem nostram
confudit ut cum Iunij opera dictatura rem publicam ad-
ministraret spolia hostium affixa templis deorum numini
consecrata instrumenta militie futura conuellerent Et pre-
textati pueri arma induerunt Addictorum etiam et
capitali crimine dampnatorum sex milia conscri-
berentur Que si per se aspiciantur aliquid roboris ha-
beant Si autem admote necessitatis uiribus ponderentur
seuicie tempori conuenientia presidia uideantur.
Propter eandem cladem senatus Octacilio qui Sici-
liam Cornelio Mamule qui Sardiniam pro pre-
toribus obtinebant querentibus quod neque stipendium neque
frumentum classibus eorum et exercitibus socij preberent affir-
mantibus etiam ne habere quidem eos unde id prestare

possent rescripsit erarium longinquis impensis non
sufficere proinde quo pacto tante inopie succurrendum
esset ipsi viderent. His litteris quid aliud quam imperii
sui gubernacula e manibus abiecit Siciliam et
Sardiniam benignissimas urbis nostre nutrices gradus
et stabilimenta bellorum tam multo sudore et sanguine
retentas paucis verbis ita necessitate iubente dimisit.
c Idem Casilinates obsidione Hanibalis clausi ali-
mentorum facultate destituti lora vinculorum
usibus subducta et ex scutis detractas pelles ferventi
resolutas aqua manducare voluisse. Durus illis
si acerbitatem casus intuearis inferius si constantiam
respicias fidelius qui ne a Romanis desisterent
tali uti cibi genere sustinuerunt cum pinguissima
arva sua fertilissimosque campos menibus suis sub-
iectos intuerentur. Itaque Campane urbi que Pu-
nicam feritatem delitiis suis cupidam fovit in propinquo
situm Casilinum modo virtute clare perseverantis
amicitie pignore impios oculos verberavit.
I n illa obsidione et fide tum trecenti Prenestini
permanentes evenit ut ex his quidam murem captum
ducentis potius denariis vendere quam ipse potius le-
niende famis gratia consumere mallet. Sed credo deorum
providentia effectum ut venditori et emptori quem uterque
merebatur exitum attribuit. Avaro enim et fame consump-
to manubiis sordidis frui non licuit. Et equi
animi vir ad salutarem impensam faciendam care
quidem vere necessarie comparato cibo vixit. G. autem
Mario Gn. Carbone consulibus civili bello cum L.
Silla dissidentibus quo tempore non rei publice victoria
querebatur sed premium victorie res publica erat senatus
consulto aurea atque argentea templorum ornamenta
ne militibus stipendia deessent conflata sunt. Digna enim

causa erat. Hy ne aut aliqui crudelitatem suam prosperi
tatione animi saciarent ut dijs immortales spoliarent.
Non ergo prium conspirare uoluntas sed teterrime ne
cessitas tam truculentam manum illi consulto salutem
suam impressit.

Divi Iulii exercitus invicti ducis invicta dextera tum
armis nudatis clausisque aggeri quoque extruendo materia
deficeret congerie hostilium cadaverum quam desiderabat
altitudinem instruxit eamque tragulis et pilis quia
robore sudes deerant ingenio noue molitionis uallate
usque vallat. Venio ut divinam filii mentem celestis
patris recordationem feneratam. cum effusum se in nostras
provincias parthorum rex phraates videret vicine quoque im
perio eius regiones subito indicti tumultus denunti
atione quaterentur tanta in bosphorano tractu comme
atus penuria incessit ut sex milibus denarijs sin
gula vasa olei frumenti quoque inopijs cetibus mancipia
permutarent. Sed amarissimam tempestatem augusti
cura tutele tunc terrarum vacans depulit.

Cretensibus inedie tale presidium affulsit qui obsidi
one Metelli ad ultimam penuriam compulsi sua
iumentorumque suorum urina sitim torserunt instinctu dixe
rim quam sustentarunt quia dum vinci timent id
passi sunt quod eos ne victor quidem pati coegisset.
Numantini autem a Scipione vallo et aggere circumdati
cum omnia que famem eorum trahere poterant consump
sissent ad ultimum humanorum corporum dapibus usi sunt
Quapropter capta iam urbe complures inventi sunt
artus et membra trucidatorum corporum sinu suo ge
stantes. Nulla est in his necessitatis excusatio nam
quibus mori licuit sic vivere necesse non fuit. Horum
truculentam pertinaciam in consimili facinore Calagu
ritanorum execrabilis impietas supergressa est

cum quo perseuerancius interempti sertorij cineribus
obsidionem Gn. pompeij frustrantes fidem prestarent
quia nullum iam aliud in urbe eorum superarat animal uxores
suas natosque ad usum nepharie dapis verterunt. Et
quod diutius armata iuuentus viscera sua visceribus suis
aleret infelices cadauerum reliquias salire non dubi
tauit. En quam acriter in acie hortaretur ut pro salu
te coniugum et liberorum fortiter dimicarent. Ex hoc hoste
tanto dira pena magis quam victoria petenda fuit
quia plus vindicatus laudis quam victus glorie affer
re potuit cum omne serpentium ac ferarum genus
comparacione sui truculente feritatis superant. Nam que
illis dulcia vite pignora proprio spiritu cariora sunt
ea calagurritanis prandia atque cene extiterunt.
Vacemus nunc negocio quod actoribus et precipue cum
et vestrum est tempori. Consideremus quod que testamenta
aut rescissa sunt legitime facta aut cum merito rescin
di possent rata manserunt que ne ad alios quam
qui expectabant honorem hereditatis transtulerunt.
Atque ita ut eo ordine quo proposui exequar mi
litantis cuiusdam pater cum de morte filij falsum e ca
stris nuncium accepisset alijs heredibus scriptis decessit.
Peractis deinde stipendijs adolescens domum petit
errore patris impudencia amicorum domum sibi clau
sam reperit. Quid enim illis inverecundius. Flore
iuuente pro re publica absumpserat maximos labores
ac plurima pericula pro re tollerauerat. Aduerso corpore
exceptas cicatrices ostendebat et postulabat ne
auitos eius lares ociosa ipsi urbi onera possiderent.
Itaque adolescens depositis armis coactus est in foro
togatus ingredi miliciam. Acerbe enim cum impudentissimis
eius heredibus de paternis bonis apud centum viros con
tendit omnibus quod non solum consilijs sed etiam sentencijs

superior discessit. Item M. Annei Carseolani splen-
didissimi equitis Romani filius a Suffenate avun-
culo suo adoptatus testamentum naturalis patris quo preteritus
erat apud centumviros rescidit cum in eo Tullianus
Pompeii Magni familiaris ipso quidem Pompeio subscriptore
heres scriptus esset. Itaque illi in iudicio plus cum excellen-
tissimi viri gratia quam cum parentis cineribus negotii fuit.
Ceterum quamvis utraque hec adversus niterentur tamen paterna
bona obtinuit. Nam L. quidem Sextilius et P. p-
popilius quos M. Anneus sanguine contingentes eadem ex par-
te qua Tullianum heredes fecerat sacramento cum adole-
scentulo contendere ausi non sunt tametsi precipuis
eo tempore Magni viribus ad defendendas tabulas testamenti
invitari poterant. Et aliquantum adiuvabat heredes quod
M. Anneus in Suffenatis familiam ac sacra transierat. Sed
artissimum inter homines procreationis vinculum patris
simul voluntatem et principis auctoritatem superavit.
c Gaium autem Tettium a patre infantem exheredatum
Petronia matre quam Tettius quoad vixit in ma-
trimonio habuerat natum divus Augustus in bona patrie
ire decreto suo iussit patris patrie animo usus quoniam
Tettius in proprio lare procreato filio summa cum iniquitate
paternum nomen abrogaverat.
s Septicia quoque mater Trachalorum Ariminensium irata
filiis in contumeliam eorum cum iam parere non posset
Publicio seni admodum nupsit testamento etiam utroque pre-
terito. A quibus aditus divus Augustus et nuptias muli-
eris et suprema iudicia improbavit. Nam hereditatem ma-
ternam filios habere iussit. Dotem quia non creandorum li-
berorum causa coniugium intercesserat virum retinere vetuit.
Si ipsa equitas hac de re cognosceret potuitne
iustius aut gravius pronuntiare. Spernis quos
genuisti, nubis effeta, testamenti ordinem violento animo

confundis neque erubescas ei totum matrimonium adia-
centis polluto iam corpori marcidae senectutis tuae sub-
stituisti Ergo dum sic te geris ad inferos usque ce-
lesti fulmine afflata es.
Egregia quoque C. Calpurnii pisonis praetoris urbis
constitutio Cum enim ad eum Terentius ex octo
filiis quos in adolescentiam perduxerat ab uno in adoptio-
nem dato exheredatum se querelam detulisset bonorum adolescen-
tis possessionem ei dedit heredes quoque lege agere passus non
est Movit profecto pisonem patria maiestas donum vi-
tae beneficium educationis sed aliquid eum flexit etiam circumstan-
tium liberorum numerus quia cum patre septem fratres impie
exheredatos videbat Quid Mamerci Emilii
Lepidi consulis quam grave decretum Genucius quidam
matris magne gallus a Gn. Horeste praetore urbis
impetraverat ut restitui se in bona Nevii Anici iuberet
quorum possessionem secundum tabulas testamenti ab ipso ac-
ceperat Appellatus Mamercus a Surdino cuius li-
bertus Genucium heredem fecerat praetoriam iurisdictionem
abrogavit quod diceret Genucium amputatis sui ipsius
sponte genitalibus corporis partibus neque virorum neque
mulierum numero haberi debere Conveniens Mamerco conve-
niens principi senatus decretum quo provisum
est ne obscena Genucii praesentia inquinataque voce
tribunalia magistratuum sub specie petiti iuris polluerentur
Multo Q. Metellus praetor urbanus severius
egit quam Horestes gesserant qui Vecilio le-
noni bonorum possessionem secundum tabulas te-
stamenti non dedit vir nobilissimus et gravissimus
fori ac lupanaris separandam condicionem existimavit
Nec enim factum illius comprobare voluit qui for-
tunas suas in stabulum contaminatum proiecerat

aut sibi tantum integro animi iura redderet qui se ab
omni honesto vite genere abrumperat.
Ut rescissorum testamentorum exemplis contenti, at
tingamus ea que rata manserunt cum causas ha
berent propter quas rescindi possent. Summe etiam
note infamie Tuditanus ut pote qui populo nummos
sparsit togamque velut tragicam vestem in foro tra
hens maximo cum hominum risu conspiciebatur. At vi
ta huius consentanea fecit testamentum filium constituit
heredem quod Tiberius Longus sanguine ei proximus haste
iudicio subvertere frustra conatus est. Magis enim centum
viri quid scriptum erat in tabulis quam quis eas scrip
sisset considerandum existimaverunt. Vita autem
Aebutie autem que L. Meneni Agrippe uxor
fuerat tabule testamenti plene furoris. Nam cum
haberet duas simillime probitatis filias Pletoniam et
Afroniam animi sui potius inclinatione provecta
quam ullis alterius iniuriis aut officiis commota Ple
toniam tantummodo heredem instituit. Filiis etiam Afronie
ex admodum amplo patrimonio viginti milia num
mum legavit. Afronia tamen cum sorore sacramento
contendere noluit testamentumque matris patientia hono
rare quam iudicio convellere satius esse duxit eo se
ipsam indigniorem iniuria ostendens quo eam equio
re animo sustinebat. Minus mirandum in muli
ebrem Q. Metellus fecit. Is namque plurimis et
celeberrimis eius nominis viris in urbe maxime vigen
tibus Claudiorum etiam familia quam artissimo san
guinis vinculo contingebat efflorente Carrina
tem solum heredem reliquit nec hoc testamentum eius
quisquam attentavit. Item Pompeius Reginus vir
transalpine regionis cum testamento fratris preteritus esset
et ad coarguendam iniquitatem eius binas tabulas

testamentorum suorum in comitio mensas sitta vetustissime ex
ordinis maxima frequentia recitavisset in quibus magna
ex parte heres scriptus erat Praelegebatur quod ei ce
ties et quinquagies sestertium inultum ac diu me asse
centes indignationem suae amicos conquesti quod ad
hastae iudicium attinuit cives suos quietos esse
passus est Et erant instituti ab eo heredes neque
sanguine pagano pares neque proximi sed alieni
et humiles ut non solum flagitiosum silentium sed
etiam praelatio contumeliosa videri posset eque feli
cis impunitate Sed nescio an tetriora haec de
licta de testamenta
Quintus Celius L. Luculli promptissimo studio
maximaque liberalitate et honestum dignitatis gradum
amplissimum patrimonium consecutus cum prae se semper tu
lisset unum illum sibi esse heredem moriens etiam anu
los ei suos tradidisset Pomponium Atticum testamento
adoptavit omniumque bonorum heredem reliquit Sed falla
cis et insidiosi cadaver populus Romanus cervicibus
reste circumdatum per viam traxit Itaque nepharius
homo filium quidem et heredem habuit quem voluit funus autem
et exequias quales meruit
E Ex aliis dignus fuit T. Marius urbinas qui
ab infimo militiae loco beneficiis divi Augusti
imperatoris ad summos castrenses honores perductus
eorum quoque uberrimis questibus locuples factus non
solum ceteris vite temporibus ei se fortunas suas
relinquere a quo acceperat praedicavit sed etiam pridie
quam expiraret idem istud ipsi Augusto dixit Cum
interim ne nomen quidem eius tabulis testamenti adiecit
L autem Valerius cui cognomine Eptacordio fuit
togatum hostem Cornelium Balbum expertus ut

pote ope eius et consilio compluribus privatis li-
tibus vexatus ad ultimum quoque subiecto accusatore capi-
tali crimine accusatus ptit adiuot et patronis suis
solum heredem reliquit. Nimirum obstinato quae animi
eius crudelissimum egit. amavit enim sordes suas et dile-
xit pericula et dampnationem notis expetivit. Auctorem
harum rerum vinolentia impulsatorem odio insecutus.
t Titus barrulus lentulo spinteri. cuius amatissi-
mum animum liberalissimamque amicitiam senserat dece-
dens anulos suos perinde atque unico heredi tradidit
cui nulla ex parte heredem relinquebat. Quantum i°
momento temporis conscientia si modo vires quas habere
creditur possidet a teterrimo homine supplicium exegit.
Inter ipsum enim fallacie et morte turpe cogitationem
spiritum posuit quasi tortore aliquo mentem eius intus
cruciante quia animadvertebat e vita ad mortem transitu-
rum et superis diis invisum esse et inferis detesta-
bilem futurum.
iii M vero pilius senatorii ordinis, oppium gallum
ab ineunte etate familiarissimum sibi moriens pro
vetusto iure amicitie et vultu benigno aspexit
et ubi magnum prese amorem sentibus professusque
est unum etiam de multis qui assidebant ultimo com-
plexu et osculo dignum indicavit super quoque anulos quoque
suos et tradidit videlicet ne quid ex ea hereditate quam non
erat aditurus amitteret. Quos omnis vir diligens sed
morientis anima plenum contumelie licterarum in
locellum repositos et a partibus assignatos diligentis-
sime heredibus illius exheres ipse reddidit. Quid
hoc loco inhonestius aut quid intempestivius Se-
nator populi Romani Tercia egregius homo vite fru-
tibus continuo caritatis sanctissima iura familia-
ritatis morte persolvit et spiritu supremo et anhelitu
reddens temeritatis lusa sigillanda despripsit. l. viii

i. pareat

inc quoque ut equiore animo ancipites iudici
orum motus tollerentur, recordentur invidia laboran
tes quibus de causis aut absoluti sint aut
dampnati. Marcus Oratius interfecte soro
ris crimine a Tullo Rege dampnatus ad populum provoca
to iudicio absolutus est. quorum alterum atrocitas necis
movit alterum causa flexit, quia inmaturum virginis
amorem severe magis quam impie punitum existima
bat. Itaque forti punitione liberata fratris dextera tantum
sanguinee consanguineo quam hostili cruore glorie haurire po
tuit. Rectiorem se tunc provinciae custodem populus Romanus
postea plus iusto placidum vindicem prestitit. Cum a
L. Libone tribuno plebis Servius Galba pro rostris
vehementer increparetur quod Lusitanorum magnam manum
interposita fide pretor in Hyspania interemisset, actioni
que tribunicie M. Catho ultime senectutis oratione
sua quam in Origines retulit subscriberet, reus pro se
iam nichil recusans, pervulos liberos suos et Galli
sanguine sibi coniunctum filium flens commendare cepit
eoque facto mittigata contione qui omnium consensu periturus
erat pene nullum triste suffragium habuit. Misericordia er
go illam questionem non equitas rexit, quoniam que innocentie
tribui nequiverat absolucio respectui puerorum data est.
Consentaneum quod sequitur. Aulus Gabinius in ma
ximo infamie sue ardore suffragiis populi C. Memmio
accusatore subiectus abrupte esse spei videbatur.
Nam et accusatoris partes plene exhibebantur
et defensionis presidia invalida fide nitebantur, et qui
iudicabant ira pati penam hominis cupide expete
bant. Igitur victor et carcer ante oculos adversabatur.
Que omnia ista fortuite fortune interventu dispulsa
sunt. Filius namque Gabinii Sisenna consternacionis
impulsu ad pedes se Memmii supplex prostravit inde

aliquod somme quantum procelle. unde totus impetus
tempestatis exsuperat et nunc terna vultu a se victor
insolens repressum. excusso e manu anulo. humi iacere
aliquandiu passus est. Et quod spectaculum fecit et Celius
hec per approbantibus cunctis. Gabinium dimitti iubet
ac documentum daret. neque secundarum rerum proventu insolescere
abuti neque adversis opprimere debilitatum esse. Id quod pri-
mo exemplo eque patet.

Appius Claudius nescio religionis maior an patrie inimicus. Siquidem illius vetustissimi moris neglexerit. cuius pulcherrimam classem amisit. in festo pro obiectu. cum effugere debitam penam nullo posse crederetur. subito coorti imbres beneficio tunc fuit a dampnatione. Discussa enim questione aliam vice diis impellantibus denuoque instaurari non placuit. Ita enim maritima tempestas causam dicturum contraxerat. celestis salutem attulit. — Appius

Eodem auxilii genere Tuccie virginis vestalis incesti criminis ree castitas infamie nube obscurata emersit. que conscia certe sinceritatis sue etiam spem salutis ancipiti argumento ausa est petere. Arrepto enim cribro. Vesta inquit. si sacris tuis castas semper admovi manus effice ut hoc hauriam e tiberi aquam et in edem tuam perferam. Audaciter et temere iacte voce sacerdotis rerum ipsa natura cessit. — Tuccia

Item L. Pyso a C. Claudio pulchro accusatus quod graves et intolerabiles iniurias sociis attulisset haud dubie ruine metum fortuito auxilio vitavit. Namque per id ipsum tempus quo tristes de eo sententie ferebantur repentina vis ymbri incidit. Cumque prostratus humi pedes iudicum osculaturet os suum ceno replevit. quod conspectum totam questionem a severitate ad clementiam et mansuetudinem transtulit. quia satis graves eum penas sociis dedisse arbitrati sunt. Hinc deinceps iudicat

Vt abicere se tam suppliciter aut attollere tam deformiter
cogeretur. Subnectam duos accusatorum suorum culpa ab-
solutos. C. flauius a C. valerio edili apud populum
reus actus cum quatuordecim tribuum suffragiis dump-
natus esset proclamauit se innocentem opprimi. Cui
valerius eque clara voce respondit nichil sua interesse
nocens an innocens moreretur dummodo periret. Qua vi-
olencia dicti reliquas tribus aduersario donauit. abiecerat
inimicum eundem dum pro certo pessumdatum credidit ere-
xit victoriamque in ipsa victoria perdidit.

Etiam Cosconium similia lege reum propter plu-
rima et euidentissima facinora sine ulla dubi-
tacione nocentem Valerii valentini accusatoris eius
recitatum in iudicio carmen quo puerum pretextatum
pretextatum et ingenuam virginem a se corruptam poe-
tico ioco significauerat eripuit. Siquidem iudices iniqum
rati sunt eum victorem dimittere qui palmam non ex
alio ferre sed de se dare merebatur. Magis ergo vale-
rius in Cosconii absolucione dampnatus quam Cosco-
nius in sua causa liberatus est.

Attingam eos quorum salus propriis obruta crimi-
nibus proximorum claritati donata est. C. Attilium
colatinum Soranorum oppidi prodicionis reum admodum
infamem imminentis dampnacionis periculo pauca verba
Q. maximi soceri subtraxerunt quibus affirmauit si
in eo crimine sontem illum esse comperisset diremptam
se fuisse affinitatem. Continuo enim populus pene iam
exploratam sententiam suam vnius iudicio concessit indig-
num ratus eius testimonio non credere cui difficillimis
reipublice temporibus bene se exercitum credidisse meminerat.

M. quoque Emilius Scaurus repetendarum reus adeo per-
ditam et comploratam defensionem in iudicium
contulit ut cum accusator diceret lege sibi centum
atque viginti hominibus denunciare testimonium licere seque
non recusare quominus absolueretur si totidem nominasset

quibus in privata vita abstulisset tamen bona con
dicione uti non poterat tamen propter vetustissimam nobilitatem
et recentem memoriam patris absolutus est Sed quem
admodum splendore amplissimorum virorum in pro
tegendis reis plurimum valent ita in opprimendis
non sane multum possunt quin etiam evidenter noxiis
dum eos acrius impugnant prosunt /
Scipio Emilianus / Cottam apud populum accu
savit Cuius causa quamquam gravissimis criminibus
erat confossa septies ampliata et ad ultimum octa
vo iudicio absoluta est / quia homines verebantur ne
precipue accusatoris amplitudini dampnatio eius
donata existimaretur. Quos hec secum locutos
credidimus nolumus caput alterius petentem in iudi
cium triumphos et trophea spolia que et devicta
manu rostra deferre / terribilis sit hic adversus ho
stem civis non salutem tanto fulgore glorie subnixus
ne insequatur. Tam vehementes iudices adversus ex
cellentissimum accusatorem quam mites in longe inferio
ris fortune reo /
Callidius Bononiensis in cubiculo mariti noctu
deprehensus cum ob hoc causam adulterii diceret inter
maximos et gravissimos infamie fluctus emersit
tamquam fragmentum naufragii leve admodum genus
defensionis amplexus / affirmavit enim se ob amorem pueri
servi eo esse perductum / suspectus erat locus suspectum
tempus suspecta matrisfamilie persona suspecta e
tiam adolescentia ipsius / sed crimen libidinis confessio in
temperantie liberavit /
Remissioris hoc illud aspicito iocari me exemplum
Cum parricidii causam fratres Celii dicerent splendi
do Taracine loco nati / quorum pater T. Celius in cu
biculo quiescens filiis alio cubantibus lecto erat in

emptus / nec aut servus quisque aut liber inveniret
ad quem suspicio cedis pertineret. hoc uno nomine ab-
soluti sunt quod inditiis planum est satis illos aperto
hostio invectos esse dormientes. Sompnus innoxie
securitatis certissimus index miseris opem tulit iudicatum
est enim rerum naturam non recipere ut occiso patre sin-
gulis(?) vulnera et cruorem quietem capere potuisse /
Erigamus nunc nos ad eos quibus in cause dictione magis quam ext-
ra questionem erat nocuit quam sua innocencia opem tulit.
C. Scipio post speciosissimum triumphum de rege Anthiocho
ductum perinde ac pecuniam ab eo accepisset dampnatus
est non puto quod precio corruptus fuerit ut illum totius
Asye dominum et iam Europe victrices manus inicientem
ultra Thaurum montem submoveret sed alioqui vir sin-
cerissime vite et ab hac suspicione procul remotus
invidie que tunc in duorum fratrum inclitis cognominibus habi-
tabat resistere non potuit /
C. Scipionem quidem maximus fortune fulgor Q.
autem Decianos spectate integritatis virum vox sua
exitium attulit. Nam cum P. Furium inquinatissime vite
pro rostris accusaret quia quadam in parte actionis de
morte L. Saturnini queri ausus fuerat / nec reum dampnavit et
insuper ei penas addictus rependit /
Sextum quoque Titium similis casus prostravit. erat innocens
erat agraria lege lata graciosus apud populum tamen
quod Saturnini imaginem domi habuerat suffragiis eum
tota contio oppressit /
Adiciatur his Claudia quam insontem crimine votum
scelerate(?) nacionis(?) impium subvertit. quia cum a ludis domum
rediens turba eliderentur optaverat ut frater suus mariti-
marum virium nostrarum precipua iactura revivisceret se-
piusque consul factus infelici ductu nimis magnam
urbis frequentiam minueret /
Possumus et ad illos brevi diverticulo transgredi quos

leues ob causas dampnatos maiores accepimus acce
pimus M. mulu(i)us Cn. lollius L. sextilius triumuiri
quod ad incendium in sacra via ortum extinguendum tardius
venerant a tribunis plebis die dicta apud populum dampnati sunt
Item P. uillius triumuir nocturnus a P. aquilio tribuno
plebis accusatus populi iudicio concidit quia vigilias neglige(ntius)
circumierat. Admodum seuere note et illud populi
iudicium. Cum M. Emilium porcinam a L. crasso
accusatum crimine nimis sublime extructe uille in al
siensi agro graui multa affecerat.
Non supprimenda illius quoque dampnatio qui puerculi sui
nimio amore correptus rogatus ab eo ruri ut omasum
in cenam fieri iuberet carnis in propinquo emende nulla
facultas. domito boue occiso desiderium eius expleuit
eo quod nomine publica questione afflictus est innocens nisi
tam prisco seculo natus esset.
Atque ut eos quoque referamus qui in discrimine capitis ad
ducti neque sunt dampnati neque absoluti. Apud M.
popilium lenatem pretorem quidam quod matrem fuste percussisset interemerat
causam dixit. De quo neque absoluendo neque damnando sententie late sunt. quia
abunde constabat eam veneno necatorum liberorum do
lore commotum quos auia filie infensa sustulerat par
ricidium ultum esse parricidio. quorum alterum ultione. al
terum absolutione non dignum iudicatum est.
Eadem hesitatione P. quoque dolabelle proconsulari imperio
Asiam obtinentis animus fluctuatus est. Mater familie
Smyrnea virum et filium interemit. Cum ab hiis
optime indolis iuuenem quem ex priore viro enixa fuerat
occisum comperisset. Quam rem Dolabella ad se dela
tam Athenas ad ariopagi cognitionem relegauit. quia ipse
neque liberare duabus cedibus contaminatam neque punire
eam iusto dolore impulsam sustinebat. Consideranter et man
suete populi romani magistratus. sed Ariopagite quoque non minus sa
pienter qui inspecta causa et accusatorem et ream post
centum annos ad se reuerti iusserunt. eodem affectu moti
quo Dolabella. Sed ille transferendo questionem. hii differendo

dampnandi atque absoluendi inexplicabilem cunctatorum
ubilitas iudicum adiciam priuata quorum mutabilitas
2 magis equitas questionum delectare quam modica turba
offendere lectorem poterit Claudius Centumalus ab augu
ribus iussus altitudinem domus sue quam in Celio monte
habebat summittere quia hiis augurium in arce capientibus
officiebat vendidit eam Calphurnio Lanario nec in
dicauit quod imperatum a collegio augurum erat a
quibus Calphurnius demoliri domum coactus M Porcium
Cathonem incliti Cathonis patrem arbitrum cum Clau
dio adduxit et formulam quicquid sibi facere oportet ex fide
bona Catho ut edoctus de industria Claudium edictum
sacerdotum suppressisse continuo illum Calpurnio dampnauit
summa quidem cum equitate quia bone fidei vendito
rem nec commodorum spem augere nec incommodorum cog
nitionem obscurare oportet
Notum suis temporibus commemoraui iudicium sed
ne quod relaturus sum quidem obliterandum silencio est C
Visellius Varro graui morbo correptus trecenta mi
lia nummum ab Otacilia Laterensi cum qua commercium libi
dinis habuerat expensa sibi ferri passus est eo consilio
ut si decessisset ab heredibus eam summam peteret quam lega
ti genus esse voluit libidinosam liberalitatem debiti no
mine colorandam Euasit deinde ex illa tempestate
aduersus vota Otacilie que offensa quod spem prede sue
morte non maturasset ex amica obsequenti subito destri
ctam feneratricem agere cepit nummos petendo quos ut fron
te inuerecunda ita inani stipulacione captauerat De qua
re C Aquilius vir magne auctoritatis et sciencia iuris ci
uilis excellens iudex adductus adhibitis in consilium
principibus ciuitatis prudencia et religione sua mulierem
repulit Quod si eadem formula Varro et dampnari
et aduersaria absolui potuisset eius quoque non dubito quin
turpem et inconcessum errorem libenter castigaturus fuisset
Nunc priuate actionis calumpniam ipse compescuit
adulterii crimen publice questioni vindicandum reliquit

ullo animosius et ut militari spiritu dignum erat
se in consimili genere iudicii C. Marius gessit. Nam
cum C. Titinius Minturnensis Fanniam uxorem quam impu-
dicam de industria duxerat eo crimine repudiatam dote spo-
liare conaretur sumptus inter eos iudex in conspectu ha-
bita questione Titinium monuit ut incepto desisteret ac
mulieri dotem redderet. Quod cum sepius fecisset se-
cessit coactus ab eo sententiam pronunciare mulierem impudi-
citie sestercio nummo Titinium summa totius dotis dampnavit
prefatus ideo se hunc iudicandi modum secutum
cum liqueret Titinium sibi patrimonio Fannie insidias stru-
entem impudice coniugium expetisse. Fannia autem
hec est que postea Marium hostem a senatu iudi-
catum ceno quam paludis qua extractus oblitum etiam
in domum suam custodiendum Minturnis deductum ope
quantacumque potuit adiuvit memor quod impudica iudicata
esset suis moribus quod dotem servasset illius religi-
oni acceptum fieri debere.

Multus sermo eo etiam iudicio manavit in quo quidam
furti dampnatus est qui equo usus Ariciam
commodato ulteriore eius municipii clivo vectus
esset. Quid aliud hic loca quam verecundiam illius seculi
laudemus in quo tam minuti a pudore excessus.

E de hiis quidem feminis tacendum puniebantur. 3
est quas condicio nature et verecundie stole ut
in foro et iudiciis tacerent cohibere non valuit.
Mesya sentencia rea causam suam L. Titio pretore
iudicium cogente maximo populi concursu egit modos
quam omnes ac numeros defensionis non solum diligenter
sed etiam fortiter executa et prima actione et pene
cunctis sententiis liberata est. Quam quia sub specie femine
virilem animum gerebat androgynem appellabant.
C. vero Affrania Licinii Bucconis senatoris uxor prompta

ad lites contrahendas pro semper apud pretorem verba
fecit, non quod advocatis deficiebat sed quod impudentia ha-
bundabat. Itaque inusitatis foro latratibus assidue tri-
bunalia exercendo muliebris calumpnie notissimum ex-
emplum evasit. adeo ut pro crimine improbis feminarum
moribus C. Affranie nomen obiciatur. Prorogavit autem
spiritum suum ad C. Cezarem tercio et item secundum
consulem. Tale enim monstrum magis quo tempore
extinctum quam quo sit ortum memorie tradendum est.
Hortensia vero quinti hortensii filia cum ordo
matronarum gravi tributo a triumviris esset esset
oneratus nec quisquam virorum patrocinium eis accomo-
dare auderet. causam feminarum apud triumviros et
constanter et feliciter egit. Repetita enim pa-
tris facundia impetravit ut maior pars imperate
pecunie hijs remitteretur. Revixit tunc muliebri stir-
pe Q. hortensius verbisque filie aspiravit. Cuius
si virilis sexus posteri vim sequi voluissent horta-
siane eloquencie tanta hereditas una femine actione
tota ut omnis Judicarum minus abscisa non esset.
Exequamur questiones quibus aut creditum non est
aut temere habita fides est referamus. Magei
Argentarij servus Alexandri publij fannij servum occi-
disse insimulatus eo quod tormentis totus admino admi-
sisse id facinus constantissime asseveravit. Itaque preto-
rio deditus supplicio affectus est. Parvulo deinde
tempore interiecto ille cuius de nece creditum erat
domum redijt.
ont publij fannij servus Alexandri cum in eam suspi-
cionem C. flavij equitis Romani occisi venissent sexies
tortus pernegat ei se culpe affinem fuisse. Sed perinde
atque confessus et a Judicibus dampnatus et a L. Cal-

pfinenio tornuito in crucem actus est.
Item p(ro) fulvio flacco cum dicente philippus servus
eius in quo to(tius) q(uod) intebat octies tortus nullum om(n)i(n)o
verbum quo dominus perstringeretur emisit. et tamen reus dep(er)
natus est. cum certius argumentum innocentie vnus
octies tortus exhibet q(uam) octo sel torti p(rae)buissent.
Sequitur ut ad testes pertinentia exempla comme
morem. Cn. et Q. servilios cepionibus isdem
parentibus natos et per omnes honorum gradus ad sum
mam amplitudinem p(ro)uectos ego id supprimendum non putam in
dices reum vix audit certis testibus dampnarunt
valuit enim apud eos tam amplissimum vim tam grauis
neglecte dignitati eius moriq(ue) eidem q(ui) q(ui) vendere prin
cipes nesciret in quadam famam plurimum credide
runt prouenit. Item fratres metellus Q. et L. co
sulibus et censoribus alter etiam triumphalis Q.
pompeyum auli filium repetendarum reum acrime
dicentibus testimonium non abrogata fides absolu
to pompeyo sed ne potentia inimicum oppressisse vide(re)
m etiam emilius scaurus princeps senatus C. me
mium repetundarum reum districto testimonio inse
cutus est. Item C. flavium eadem lege accusatum
testis proscidit. Iam C. norbanum maiestatis crimine
publice questionis ex proximo opprimere conatus
est. nec tamen aut auctoritate qua plurimum pollebat
aut religione de qua nemo dubitabat quemq(uam) eorum
affligere potuit. L. quoque crassus tantus apud iu
dices quantus apud patres conscriptos emilius scau
rus namque eorum suffragia robustissimis et felicis
simis eloquentie stipendiis regebat. Erat quoque sic
fori ut ille curie princeps tamen vehementissimi testi
monii fulmine in M. marcellum reum iniectus
impetu grauis exitu vanus apparuit.
a Age quoque metellus pius L. marcus lucullus
Q. hortensius lepidus C. cornelii maiestatis rei

quin non oneraverunt tamen testes salutem sed etiam ne-
gantes illo incolumi stare rempublicam posse deposue-
runt. Que decora ciuitatis proinde reflexe vim bone indicta-
rum cum cetero forensi milicia sibi impulsa fe-
ssimos honores amplissimi quoque dignitatis locum adeptus
nonne in ipsis eloquentie sue castris testis abiectus
est. Dum P. Clodium Rome apud se fuisse iuravit
illa sacrilegium et flagitium vno argumento absentie
tuente. Siquidem iudices Clodium incesti crimine quam
ceterorum infamia periculi liberare maluerunt. Tot clari
testibus victi cum nova ratione iudicium ingressa animo
confirmata est referam.
Servilius consularis censorius triumphator qui ma-
iorum suorum titulis Ysaurici cognomen adiecit cum forum
preteriens testes in reum dari vidisset loco testis consti-
tit ac per summam inter patronos pariter et accusato-
res admiratione sic orsus est. Hunc ego iudices qui
sit dicat quis sit aut quam vitam egerit ignora-
mus vel iniuria accuset. Nescio. Illud tamen scio
cum occurrisset mihi Laurentina via iter facienti
admodum angusto loco descendere noluisse. Quod an ali-
quid ad religionem vestram pertineat ipsi extimabitis. Ego
id supprimendum non putavi. Iudices reum vix audie-
tentis testibus dampnaverunt. Valuit enim apud eos
cum amplitudo viri tum gravis neglecte dignitatis
sue eius indignatio cum quod qui venerari principes ne-
sciret in quodlibet facinus precipitem crediderunt.
E illos quoque late patiar qui que in aliis
6 vindicaverunt ipsi commiserunt. C. Licinius cognomine
iure Olpamatus a pretore postulavit ut patri suo
bonis tamquam ea dissipanti interdiceret. Et quod
petierat impetravit. Sed ipse paruo post tempore mortuo
sene ampla ab eo relicta latifundia que festinanter
consumpsit. Dignumque hac a vicissitudine pene fuit quin
hereditatem absumere quam heres maluit colligere.

q autem Marius cum magnum et salutarem rei publice civem
in L. Saturnino opprimendo egisset a quo in modum vexilli pi-
leum servituti ad arma capienda ostentatum erat L. Sil-
la cum exercitu in urbem irrumpente ad auxilium servorum pi-
leo sublato confugit itaque dum facinus quod puniebat
imitatur alterum Marium a quo affligeretur invenit.

q [Gaius] vero Licinius Stolo cuius beneficio plebi petendi consula-
tum potestas facta est cum lege sanxisset ne quis amplius
quingenta agri iugera possiderit ipse comparavit dissimu-
landique criminis gratia dimidiam partem filio emancipavit
quam ob causam a M. Popilio Lenate accusatus primus sua
lege cecidit ac docuit nichil aliud precipi debere nisi quod
prius sibi quisque imperavit.

q [Q]. autem Varius propter obscurum ius civitatis Hybrida cog-
nominatus tribunus plebis legem adversus intercessionem collegarum
perrogavit que iubebat queri quorum dolo malo socii
ad arma ire coacti essent magna cum clade rei publice
sociale enim prius deinde bellum civile excitavit sed
dum ante pestiferum tribunum plebis quam etiam civem agit sua
lex eum domestici laquei constrictum consumpsit.

[Q]uid cesso vires industrie commemorare cuius alacri
spiritu milicie stipendia roborantur forensis gloria accenditur
fido sinu cuncta studia recepta nutriuntur quidquid animo
quidquid manu quidquid lingua admirabile est ad cumulum
laudis perducitur que cum sit perfectissima virtus dura-
mento sui confirmatur. Catho sextum et octogesimum agens
annum dum in re publica tuenda iuvenili animo perstat
ab inimicis capitali crimine accusatus suam causam egit neque
aut memoriam eius quisquam tardiorem aut firmitatem
lateris ulla ex parte quassatam aut os hesitatione
impeditum animadvertit quia omnia ista in suo statu equa-
li ac perpetua industria continebat quin etiam in ipso diu-
tissime acte vite fine disertissimi oratoris Galbe
accusationi defensionem suam pro Hyspania opposuit.
Idem grecis litteris erudiri concupivit quam sero inde
estimemus quod etiam latinas pene iam senex didicit

i

Catho

Cumque eloquentia magnam gloriam iam partam haberet id
egit ut iuris civilis quoque esset peritissimus. Cuius quoque mira
proles studiorum etati mee Catho ita doctrine cupiditate fla-
gravit ut ne in curia quidem de senatu cogitur temperaret
sibi quominus grecos libros lectitaret. Qua quidem in-
dustria ostendit aliis tempora deesse alios superesse temporibus
Terentius autem varro humane vite exemplo spatio
non annis quibus seculi tempus equavit quam stilo vivacior
fuit. In eodem enim lectulo et spiritus eius et egregiorum operum
cursus extinctus est.
Consimilis perseverantie livius drusus qui etate viribus
et acie oculorum defectus ius civile populo benignissime
interpretatus est utilissimaque discere id cupientibus monimen-
ta composuit. Nam ut senem illum natura cecum fortuna fa-
cere potuit ita neutra interpellare valuit ne non animo et
Publius senator et lupus pontius equites et viget
eques Romanus suis temporibus celebres causarum auctores luminibus
capti eadem industria forensia stipendia executi sunt.
Itaque frequentius etiam audiebantur concurrentibus aliis quod
ingenio delectabantur aliis quod constantiam admirabantur
namque alii incommodo parvi secessum petunt duplica-
verunt tenebras fortuitis voluntaria adicientes.
Iam P. Crassus cum in asiam ad Aristonicum regem de-
bellandum consul venisset tanta cura grece lingue notitiam
animo comprehendit ut eam in quinque divisam genera per
omnes partes ac numeros penitus cognosceret. Que res ma-
ximum ei sociorum amorem conciliavit qua quis eorum lin-
gua apud tribunal illius postulaverat eadem decreta reddens
Roscius quoque quid subtiliter scenice industrie notissimum
exemplum qui nullum unquam spectanti populo gestum nisi
quem domi meditatus fuerat promere ausus est. Quapropter
non ludicra ars Roscium sed Roscius ludicram artem com-
mendavit nec vulgi tantum favorem verum etiam principum
familiaritates amplexus est. Hec sunt attenti et anxii
et nunquam cessantis studii premia propter que tantorum virorum

laudibus non impudenter se persona hystrionis inseruerit
Vera est industria quam nostre initium presentis capitis meret
fructus latina lingua recipiat Demostenes cuius comme
morato nomine maxime eloquentie consumatio audientis animo
oboritur cum inter initia iuvenile artis quam affectabat primam
litteram dicere non posset oris sui vicium tanto studio expugnavit
ut ea a nullo expressius referretur. Deinde propter nimiam
exilitatem acerbam auditu vocem suam exercitacione continua ad
maturum et gratum auribus sonum perduxit. Lateris etiam firmi
tate destitutus quas corporis habitus vires negabat a labore
mutuatus est. Multos enim versus uno impetu spiritus com
plectebatur eos quoque adversa loca celeri gradu scandens pronuncia
bat. Ac vadosis litoribus insistens declamationes fluctuum
fragoribus obluctantibus edebat ut ad fremitus concitata
rum contionum patientia duratis in agendo auribus uteretur. Fertur quoque
ore insertis calculis multum ac diu loqui solitus quo vacuum
magis promptius esset et solutius. Preliatus est cum rerum natura et quidem
victor abiit malignitatem eius pertinacissimo animi robore
superando. Itaque alterum Demostenem mater alterum industria
enixa est.
Ac ut ad vetustiorem industrie transgrediar Pitagoras perfectissimum opus sapientie
a iuventa pariter et omnis honestatis percipiende cupiditate
ingressus. Nichil enim quod ad ultimum sui perventurum est finem non et
mature et celeriter incipit Egiptum petiit ubi litteris
gentis eius assuefactus preteriti evi sacerdotum commentarios scru
tatus innumerabilium seculorum observationes cognovit. Inde ad
Persas profectus magorum exactissime prudentie se formandum
tradidit a quibus siderum motus cursus que stellarum et
uniuscuiusque vim proprietatem effectum benignissime demonstratum
docili animo sorpsit. Cretam deinde et Lacedemona na
vigavit quorum legibus ac moribus inspectis ad olympicum
certamen descendit cumque multiplicis sciencie maximam Grecie
admiracionem et specimen exhibuisset quo cognomine censeretur
interrogatus non se sapientem iam enim illud septem excellentes

Dimostenes

Pitagoras

viri occupauerant sed amatorem sapientie que philosophiam
edidit In Italie etiam partem que tunc maior grecia
appellabatur in qua plurimis et opulentissimis urbibus
effectus studiorum suorum approbauit Cuius ardentem rogum ple-
num venerationis oculis Methapontus aspexit oppidum py-
thagore quam suorum cinerum nobilius clariusque monimento

Platho

Platho autem patriam athenas preceptorem Socratem sorti-
tus et locum et hominem doctrine fertilissimum ingenii quoque di-
uina instructus habundancia cum omnium iam mortalium sapientis-
simus haberetur eo quidem usque ut si ipse Jupiter celo descendisset
nec elegantiore nec beatiore facundia usurus videretur Egyptum
peragrauit dum a sacerdotibus eius gentis geometrie
multiplices numeros celestium obseruationum rationem percepit Quoque
tempore a studiosis iuuenibus certatim Athene platonem docto-
rem querentibus petebantur ipse Nili fluminis inexplicabi-
les ripas vastissimosque campos effusam barbariem et
flexuosos fossarum ambitus egyptiorum senum discipulus lustra-
bat Quo minus miror in Italiam transisse ut ab ar-
chita Tarentino et Tirone et ceteris locris pytagore
precepta et instituta acciperet Tanta enim vis tanta co-
pia litterarum undique colligenda erat ut inuicem per totum ter-
rarum orbem dispergi et dilatari posset Altero etiam
et octogesimo anno decedens sub capite Zofronis mimos
habuisse fertur sic ne extrema quidem eius hora agitatione

democritus

studii vacua fuit At democritus cum diuiciis cen-
seri posset que tante ei fuerunt ut pater eius Xerses ex-
ercitui epulum dare ex facili potuit quo magis vacuo
animo studiis esset operatus parua admodum summa re-
tenta patrimonium suum patrie donauit Athenis autem
compluribus annis moratus omnia temporum momenta ad
percipiendam et exercendam doctrinam conferens ignotus illi urbi
vixit Quod ipse quodam volumine testatur Stupet mens
admiratione tante doctrine et iam transit alio

Carneades

Carneades diutinus laboriosus sapientie miles siquidem
nonaginta expletis annis idem illi viuendi ac philoso-

probandi finis ita se mersum doctrine operibus addixerat ut
cum cibi capiendi causa recubuisset cogitacionibus inherens
manum ad mensam porrigere oblivisceretur sed eum Melissa
quam loco uxoris habebat temperato inter studia non interpellandi
et inedie succurrendi officio dextram suam necessariis usibus apta
bat Animo ergo tantum vitali fruebatur corpore vero quasi
alieno et supervacuo circumdatus erat Idem cum Crisip
po disputaturus elleboro se ante purgabat ad exprimendum
ingenium suum attencius et illius acrius refellendum
Quas potiones industria solide laudis cupide appetendas
[Q]uali porro studio Anaxagoram flagrasse credimus — Anaxagoras
qui cum e diutina peregrinacione patriam
repetisset possessiones quas desertas vidisset Non essem ergo
inquit salvus nisi iste perissent vocem petite sapiencie compo
tem Nam si prediorum potius quam ingenii cultui vacasset
dominus rei familiaris intra penates mansisset sed non tantus
Anaxagoras ad eos redisset
[A]rchimenidis quoque fructuosam industriam dicerem nisi — Archime des
eadem illi et vitam dedisset et abstulisset Captis enim
Siracusis Marcellus machinacionibus eius diu ac multum
victoriam suam inhibitam senserat Eximia tamen hominis pru
dencia delectatus ut capiti illius parceretur edixit pene tantum
glorie in Archimede servato quantum in oppressis Sira
cusis reponens At is dum oculis et animo in terram
defixis formas describit militi qui predandi gracia domum
irrupat stricto quoque super caput gladio quisnam esset inter
rogabat propter cupiditatem investigandi veri quod requi
rebat nomen suum indicare non potuit sed protecto ma
nibus pulvere noli inquit obsecro istum disturbare ac
perinde quasi negligens imperii victoris obtruncatus sanguine
suo artis sue lineamenta confudit Quo accidit ut
propter istud idem studium modo donaretur vita modo spoliaretur
[S]ocratem etiam constat etate provectum fidibus — Socrates
tractandis operam dare cepisse satius iudicantem eius ar
tis usum sero quam nunquam percipere Et quantula Socrati

accessio sciencie futura erat. sed pertinax hominis industria tantum doctrine
sue diuiciis eciam insite uolens diligenciam clemencium attendere uoluit.
Quid ergo ad discendum se parum perpetuo credidit ad docendum fecit locupletissimum
C vt longe et felix industrie qui in vnum actum eam redegit
Idem Socrates nobilissimum librum qui inscribitur quartum
et nonagesimum annum agens ut ipse significat composuit opus ardentis
spiritus plenum Ex quo apparet senescentibus membris eruditorum
intus animos industrie beneficio florem iuuente retinere Neque a
stilo vite sue spacium clausit namque admiracionem eius operis quinquennio
ulterioris etatis metas sed non prius tamen spiritum quam percepit
Crisippi vivacitas flexa est nam octogesimo anno ceptum vndequadra-
gesimum exactissime subtilitatis volumen reliquit Cuius
studium tradendis ingenii sui monumentis tanto opere labore que
sustinuit vt ad ea que scripsit penitus cognoscenda longa vita sit
Te quoque Cleante tam laboriose haurientem et tam pertinaciter oppor-
tunitate tradentem sapienciam numen ipsius industrie suspexit cum adolescentem
questu extrahende aque nocturno tempore inopiam tuam sustentantem diurno
Crisippi precepta percipiendis vacantem eundem que ad vndecentesimum
annum attenta cura auditores suos erudientem videret duplici enim
labore vnius seculi spacium occupasti incertum reddendo discipulusne
Sophocles quoque cum rerum natura certamen habuit an preceptor esses laudabilior glo-
riosum certamen habuit tam benigne ille sua opera mirifica exhibendo
quam ipse operibus eius tempora liberaliter subministrando prope enim centesimum annum
attigit sub ipsum transitum ad mortem Edipode Coloneo scripto
qua sola fabula omnium eiusdem studii poetarum preripere gloriam potuit
Id quoque ignotum esse posteris filius eius Sophon noluit sepulcro
Simonides vero poeta octogesimo eius que retuli insculpendo
anno et docuisse se carmina et in eorum certamen descendisse
gloriatur nec fuit iniquum illum voluptatem ex ingenio suo diu percipere
cum eam omni tempore fruendam traditurus esset
Iam Solon quanta industria flagrauerit et versibus complexus
est quibus significat cottidie se aliquid addiscentem senescere Et supremo
die confirmauit quod assidentibus amicis et quadam de re sermonem inter
se conferentibus fatis iam pressum caput erexit Interrogatusque quapropter
id fecisset respondit vt cum istud quicquid est de quo disputatis percepero
moriar Migrasset profecto ex hominibus inercia si eo animo vitam
ingrederentur quo eam Salon egressus est

Solon

q uam porro industrius temistocles qui maxi
maximarum rerum cura districtus omnium ciuium suorum
nomina memoria comprehendit per quam summam ingratitudinem pa
tria pulsus et ad xerxem quem pauloante deuicerat fuge
coactus · priusquam in conspectum eius veniret persico sermone se
assuefecit ut labore parta commendatione regibus ambobus fa
miliarem et assuetum sonum vocis adhiberet /

c uius vtriusque industrie laudem duo inter se reges par
ti sunt Cirus omnium militum suorum nomina / mitridates
duorum et viginti gentium que sub regno eius erant linguas
ediscendo · ille ut sine monitore exercitum salutaret · hic
ut eos quibus imperabat sine interprete alloqui posset /

o tium quod industrie et studio maxime contrarium videtur
precipue subtexi debet non quo euanescit virtus sed
quo recreatur / alium enim etiam inertibus vitandum alterum
strenuis quoque interdum appetendum est / illos ne penam per
vitam exerceant eligit hos ut tempestiua laboris intermissi
one ad laborandum fiant vegetiores /

p ar vere amicitie clarissimum Scipio et lelius tum a
moris vinculo tum etiam omnium virtutum inter se iuncti societate
vt actuose vite iter equali gradu exequebantur ita animi

quoque remissionis comiter acquiescebat Constat namque
eos caiete et laurenti vagos littoribus conchas et
calculos legitasse Id quod se p. Crassus ex socero suo
C. scevola qui generis locum fuit audisse sepenume
ro predicavit
Scevola autem quiete remissionis eorum ut iam theat

Cevola autem quiete remissionis eius certissimus
testis optime pila lusisse traditur quia videlicet ad hoc
diverticulum animum suum forensibus ministeriis fatigatum transferre
solebat. Alea quoque et calculis interdum vacasse dicitur
cum bene ac diu iura civium et cerimonias
deorum ordinasset. ut enim in rebus seriis scevolam ita
in scenis lusibus agebat quem rerum natura patien-
tem continui laboris esse non sinit.

[I]dque vidit cui nulla pars sapientie obscura fuit Socrates
ideoque non erubuit interposita arundine cruribus suis
cum parvulis filiolis ludens ab alcibiade risus est.
[H]omerus quoque ingenii celestis vates non aliud sensit
vehementissimis achillis manibus canoras fides aptando
ut earum militare robur lenem pacis studio relaxaret.

[P]otentiam vero eloquentie etsi plurimum valere animad-
vertimus tamen sub propriis exemplis quo scilicet vires eius
attestantiores fiant recognosci conveniet.

[R]egibus exactis plebs dissidens a patribus iuxta ripam flu-
minis anienis in collem qui sacer appellatur et armata
consedit. Erat quoque non solum deformis sed etiam miserrimus
reipublice status a capite cetera corporis parte pestifera sedi-
tione divisa. ac nisi valerii subvenisset eloquentia spes
tanti imperii in ipso pene ortu suo corruisset. Is namque
populum nova et insolita libertate temere gaudentem oratione ad
meliora et saniora consilia revocatum senatui obiecit
id est urbem urbi iunxit. verbis ergo facundis ira consternatio
et arma cesserunt. que etiam marianos cinnanosque
mucrones civilis profundendi sanguinis cupiditate furentes inhi-
[M]issi enim a sevissimis ducibus milites buerunt
ad M. Anthonium obtruncandum sermone eius obstupefacti di-
strictos iam et vibrantes gladios cruore vacuos vaginis
reddiderunt. Quibus digressis P. Annius solus enim
in ambitu expers antonianae vocis steterat crude-
le imperium truculentissimo ministerio peregit. Quam igitur disertum eum
fuisse putemus quem ne hostium quidem quisquam occidere su-
stinuit qui modo vocem eius ad aures suas admittere voluit

d Ivus quoque Julius tam celestis numinis quam etiam humani
ingenii perfectissimi culmen vim facundie proprie expressit
dicendo in accusacione Gn. dolabelle quem reum
egit extorqueri sibi causam optimam L. Cotte patro-
cinio siquidem maxima eloquencie laus quesita est vt
cuius facta mencione quoniam domesticum illius maius adi-
cerem exemplum peregrinandum est
p ysistratus dicendo tantum valuisse traditus est vt ei A-
themenses regium imperium oratione capti permitterent cum presertim
e contraria parte amantissimus patrie Solon niteretur Sed alterius
salubriores erant conciones alterius disertiores quo evenit
vt alioquin prudentissima Civitas libertati servitutem preferret
p ericles autem felicissimis nature incrementis sub A-
naxagora preceptore summo studio perpolitus et instructus
liberis athenarum cervicibus iugum servitutis imposuit
Egit enim ille vrbem et versavit arbitrio suo Cumque ad-
versus voluntatem populi loqueretur iocunda nichilominus et
popularis eius vox erat Itaque veteris comedie male-
dica lingwa quamvis potentiam viri perstringere cu-
peret tamen in labris hominis melle dulciorem leporem
fatebatur habitare inque animis eorum qui illum audie-
rant quasi aculeos quosdam relinqui predicabat
f ertur quidam cum admodum senex prime concioni
Periclis adolescentuli interfuisset idemque iuvenis Pisistra-
tum decrepitum iam concionantem audisset non temperasse
sibi quominus exclamaret caveri illum civem oportere quia
Pisistrati oracioni simillima eius esset oracio Nec hominem
aut extimacio eloquii aut morum augurium fefellit
Quid enim inter Pisistratum et Periclem interfuit nisi
quod ille armatus hic sine armis tyrannidem gessit
q uantum eloquencia valuisse Egesiam Cire-
naicum philosophum arbitramur qui sic mala vite representabat

ut eorum miserandi ymagine audiencium pectoribus inserta
multis voluntarie mortis appetende cupiditatem ingeneraret ideoque
a rege Ptholomeo ulterius hac de re disserere prohibitus est.
Sequentur autem ornamenta in pronunciatione apta et conve-
nienti motu corporis consistunt quibus cum se instruxit
tribus modis homines aggreditur animis ipsa eorum invadendo
horum aliis aures aliis oculos permulcendo. Sed
ut propositi fides in personis illustribus exhibeatur C. Grachus
quem proposito feliciorem adolescentem quam flagitiosissimo inge-
nio cum optime rem publicam tueri posset perturbare impie
maluit quociens apud populum concionatus est servum post se
musice artis peritum habuit qui occulte eburnea fistula
pronunciationis eius modos formabat aut nimis remissos ex-
citando aut plus iusto concitatos revocando quia ipsum ca-
lor atque impetus actionis attentum huiusmodi temperamenti
estimatorem esse non paciebantur.
Q. autem Hortensius plurimum in corporis decoro motu
repositum credens pene plus studii in eo laborando quam
in ipsa eloquencia affectanda impendit. Itaque nescires utrum
cupidius ad audiendum eum an ad spectandum concurreretur sic
verbis oratoris aspectus et rursus aspectui verba serviebant.
Constat Esopum Rosciumque ludicre artis peritissimos illo
causas agente in corona frequenter astitisse ut foro petitos
gestus in scenam referrent.
Iam M. Cicero quantum in utraque re de qua loquimur momenti
sit oratione quam pro Gallo habuit significavit M. Calidio
accusatori exprobrando quod preparatum sibi a reo venenum
testibus cirographis questionibus probaturum affirmans remisso vul-
tu et languida voce et soluto genere orationis usus esset
pariterque et oratoris vicium detexit et cause periclitantis ar-
gumentum adiecit totum hunc locum ita claudendo: Tu istud
M. Calidi nisi fingeres sic ageres.
Consentaneum huic Demostenis iudicium qui cum inter-
rogaretur quidnam esset in dicendo efficacissimum respondit

Iterum demum et tuo interpellatus idem dixit
pene totum se illi debere confitendo. Porrecte itaque Eschines
cum propter iudicialem ignominiam velut exul Athenis Rodum
petiisset atque ibi rogatu civitatis suam primus in Thesiphon-
tem dixit orationem. Demosthenis pro eo orationem clarissima et sua-
vissima voce recitasset admirantibus cunctis verumque volu-
minis eloquentiam sed aliquanto magis Demosthenis. Et quid
si ipsum inquit audisset. Tantus orator et modo tam infe-
stus adversarius sic inimici primum artem quam dicendi suspexit
ut se sceptorum eius parum idoneum lectorem esse predicet. Ex-
pertus acerrimum rigorem oculorum terribilem vultum pondus
accomodatum singulis verbis sonum vocis efficacissimos cor-
poris motus. Ergo et si operi illius addi nichil potest tamen in
Demosthene magna pars Demosthenis abest cum legitur potius
ffitens eciam actum recognosci posse quam audiatur
aliquid afferre voluptatis predicimus et quod utilius excogitate
sint patebunt et memorie digne res sincerius in loco
reponentur. Et labor in scribendo suo fructu non carebit.
ulpicii Galli maximum in omni genere litterarum studium
Plinius refert. Nam cum L. Paulo bellum adversus
regem Persem gerenti legatus esset ac serena nocte subito
luna defecisset eo quod velut quodam diro monstro perculsus exercitus
in manus cum hoste conserendi fiduciam amisisset de celi ratione
et siderum natura peritissime disputando alacrem eum in aciem
misit. Itaque inclite illi Pauliane victorie liberales ar-
tes Galli aditum dederunt quia nisi ille metum militum
more vicisset imperator hostes vincere non potuisset.
purinne quoque in considerandis deorum monitis efficacior fama
apparuit quod urbs Roma voluit. predixerat C. Cesari ut pro-
ximos XXX dies quasi fatales caveret quorum ultimus erat
Idus Marcii. Eo quoniam forte erat utrique domum Calvinii Do-
micii ad officium convenisset. Cesar Spurinne Et quid scis
Idus Marcias iam venisse. Et ille scio inquit sed illas nondum
preterisse. abiectat alter timorem tamquam exacto tempore alter ne

extremam quod eius partem periculo carere arbitratus est
Et verax potius aruspicem augurium quam pater patientem
securitas fefellisset
ed ut alienigena stringam cum obscurato repente
sole inopinatis perfuse tenebris athene sollicitudine
agerentur interitum sibi celesti denuntiatione portenti cre-
dentes Pericles processit in medium Et que a preceptore
suo Anaxagora pertinentia ad solis et lune cursum acceperat
disseruit nec ulterius trepidare cives suos vano metu
uantum porro dignitatis a rege Ale- passus est
xandro tributum arti existimamus qui et se pingi ab uno
Apelle et fingi a Philippo tantum voluit Tenent visentes
Athenas Vulcanus Alcamenis manibus fabricatus
Preter cetera enim perfectissime in eo precurrentia indicia
etiam id mirantur quia status sub veste leviter dissimulate
claudicationis vestigium representat ut non exprobratum tamquam
vitium ita tamen certam propriamque dei notam decore signifi-
cat Cuius coniugem Praxiteles in marmore quasi spirantem
in templo Gnidiorum collocavit propter pulchritudinem ope-
ris a libidinosi cuiusdam amplexu parum tutam Quo
excusabilior est error equi qui visa pictura eque hinnitum
edere coactus est Et canis latratus aspectu picti canis in-
citatus Taurusque ad amorem et concubitum enee vacce
Syracusis nimie similitudinis irritamento compulsus Quid
enim vacue rationis animalia arte decepta miremur cum
hominis sacrilegam cupiditatem muti lapidis liniamentis exci-
Ceterum natura quemadmodum sepe numero tatam videamus
emulam virium suarum esse artem pati Ita aliquando
irritam fesso labore dimittit Quod summi artifi-
cis Eufranoris manus senserunt Nam cum Athenis
duodecim deos pingeret Neptuni ymaginem quam po-
terat excellentissimis maiestatis coloribus complexus
est perinde Iovis etiam aliquanto augustiorem representaturus

sed omnem impetum cogitationis in superiori ope assumpto
posteriores eius conatus assurgere quo tendebat nequivit. T-
imantes ille alter eque nobilis pictor luctuosam ymo-
late effigiem sacrificium referens cum Calcantem tristem me-
stum Ulixem Ayacem clamantem lamentantem Menelaum
circa aram statuisset caput Agamenonis involuendo
summum merorem acerbitatem arte non posse exprimi
confessus est. Itaque pictura eius aruspice et anima
et flebilis lacrimis madens plus spectantem fletum et affe-
ctus ut eius studii adiutorem exem ... ctum extimasse. Neal-
ces perpetue arte pictor equum ab exercitatione venientem
modo ut unum labore industrie sue comprehenderat
equi naribus spumas addere cupiens tantus artifex in
tanta parvula re multum diu ac frustra tenebatur. Studiorum
tum denique attentus spongiam omnibus imbutam coloribus
forte iuxta se positam apprehendit et veluti corruptus
opus suum tabule illisit qui fortuna ad ipsius equi na-
res directam desiderium pictoris reddit exemplar. Itaque
quod ars adumbrare non valuit casus imitatus est.
Que autem artem unumquemque et auctorem et disputatorem
optimum esse non dubitemus paucis exemplis admo-
neam. Ex scola legum clarissimi interpretes et clarissimi
vates quotienscumque de iure pontificio consulebantur ad Furium
et Cascellium qui tunc sacerdotes dediti erant consultores
revertebant. Varro quoque sciens mediatorem quidem suam com-
dabat quam auctoritatem minuebat. Ab iis id negocium
apertius explicari posse considerando quam cottidiano eo
usu callebant. Sapientissime quidem artis sue professores
sunt a quibus et ipsa studia veniunt et aliena ...
Platonis quam eruditissimi pectus hec ... existimatur
cogitatio attigit quem conditores sacre are de modo et forma
eius secum primum conferre totos ad Euclidem geome-
tram ire iussit scientie eius credens primo prestantem.
Gloriantur Athene armamentario suo nec sine causa.
Est enim id opus et impensa et elegantia visendum

cuius architectum Philonem ita facundie rationem insti-
tutionis sue in theatro reddidisse constat ut disertissimus
populus non minorem laudem eloquentie eius quam arti tribueret
m Mirifice et ille artifex qui in opere suo moneri se a
sutore de crepida et ansulis passus de crure etiam dispu-
tare incipientem supra plantam ascendere vetuit
s enectus quoque ad ultimum finem sine perventa in hoc
opere mihi exempla induxisse in aliquot clarissimis viris
conspecta. Separatim tamen et proprium titulum habeat ne cui deorum
immortalium perpetua indulgentia affuit non medio defuisse
existimetur et simul spe diuturnioris vite quasi auctoritate quadam
dentur quorum insistentes alacriorem se respectu vetuste fe-
licitatis fieri posse. tranquillitatem seculi nostri qua nulla u-
nquam beatior fuit subinde fiducia confirment salutaris prin-
cipis incolumitatem ad longissimos humane conditionis
terminos prorogando
m Valerius Corvinus centesimum annum complevit cuius inter
primum sextumque consulatum xl et sex anni intercesserunt
Sufficit quoque integris viribus corporis non solum speciosissimis
reipublice ministeriis sed etiam exactissime agrorum suorum
cultura et amicis et propinquis optabile exemplum
ius vite spatium equavit Metellus quarto quoque anno post
consularia imperia senex admodum pontifex maximus crea-
tus tutelam cerimoniarum per duos et xx annos neque
ore in votis nuncupandis hesitante neque in sacrificiis fa-
ciendis tremula manu gessit
q ante Phabius maximus duobus et lx annis au-
guratus sacerdotium sustinuit robusta iam quoque etate
adeptus. Que utraque tempora si in unum conferantur
facile seculi modum compleverint
n am de M. Perpenna quid loquar qui omnibus quos
quos consul in senatum convocaverat superstes fuit se-
ptem quoque tantum quos censor collega L. Philippi
legerat e patribus conscriptis reliquos vidit toto or-
be amplissimo diuturnior

ipse vero eorum clade metiretur quia infinitum numerum annorum
luminibus orbatus exegit nisi quattuor filios quinque filias plu-
rimas clientelas rem denique publicam hoc tam gravi statu
fortissime rexisset quin etiam fessus iam vivendo lecticula se in
curiam deferre iussisset ut cum Pirro deformem pacem fieri
prohiberet. Hunc etiam quis non numeret a quo patria que hoe-
stium erat per se parum civibus cunctata est prendere.
Mulierum etiam vite spatium in compluribus non minus longum
apparuit quarum aliquas summatim retulisse satis erit
Nam et Livia Rutilii septimum et nonagesimum et Tere-
ntia Ciceronis tertium et centesimum et Clodia Aufilii filiis
ante dimissis quintum decimum et centesimum explevit annum.
Iungam his duos reges quorum diuturnitas populo Ro-
utilissima fuit Siracusarum rector Hiero ad xc^m pervenit
annum. Masinissa Numidie rex hunc modum exces-
sit regni spatium lx annis emensus ante omnes homines senectutis
robore admirabilis. Constat enim quemadmodum Cicero refert
libro quem de senectute scripsit nullo umquam imbri non
frigore ut caput suum veste tegeret adduci potuisse. Eundem
ferunt in eodem vestigio aliquot horis perstare non ante
moto pede quam in consimili labore iuvenes fatigasset. ac
si quid ageret assidentem oportet toto die sepe nullam in
partem converso corpore in solio durasse. Ille vero equo
insidens noctem diemque plerumque duxit ingenio. Nichil quoque
ex hiis operibus quam adolescens assueverat cum senectutem
ageret omisit. Veneris etiam usu ita semper viguit ut post
sextum et lxxx annum filium generaret cui nomen Methimolsimu
Terram quoque quam et vastam et desertam perpetue culture studio
Gorgias etiam Leontinus Ysocratis // frugiferam reliquit
et complurium magnorum ingeniorum preceptor sua sententia feli-
cissimus. Nam cum centesimum septimum ageret annum interro-
gatus quapropter tamdiu vivere vellet. Nichil inquit habeo
quo senectutem meam accusem. Quid isto tractu etatis aut
longius aut beatius. Iam alterum seculum ingressus neque in hoc
querelam ullam invenit neque vero in illo reliquit.

b iennio minor Xenophilus Chalcidensis pittagoricus sed
felicitate non inferior siquidem ut ait Aristoxenus musicus
omnis humani incommodi expers in summo perfectissime doctrine
splendore extinctus est.
a rganthonius autem Gaditanus tam diu regnavit quam diu
etiam ad sacietatem vixisse. LXXX enim fere annis pa
triam suam rexit. cum ad imperium XL annos natus accessisset.
Cuius rei certi sunt auctores. Asinius etiam pollio non mi
nima pars Romani stili in quarto hystoriarum suarum libro C et XX
annos illum explesse commemorat. Et ipse minime vivacitatis
non parvum exemplum.
m inus regie consummatorum annorum mirabilem faciunt Ethi
opes quos herodotus scribit centesimum et vigesimum annum transgredi
Et Indi de quibus et Cthesias idem tradit. et Epymenides
Gnosius quem Theopompus dicit VII et L et C annos vixisse.
Hellanicus vero ait quosdam ex gente Epiorum que pars
Ethoilye est ducentos explere annos. Eique subscribit Damostenes
hoc amplius affirmans Lithorium quendam ex hiis maxime virium
et stature precipue trecentesimum cumulasse annum. Alexander vero in
eo volumine quod de Ilirico tractu composuit affirmat Dandone
quendam ad quingentesimum usque annum nulla ex parte senectutis processisse.
Sed multo liberalior Xenophon cuius legitur
is enim Latiorum regem octigentis vite annis donavit. Ac ne
pater eius parum benigne acceptus videretur ei quoque sexcentos
assignavit annos.
g loria vero aut unde oriatur aut cuius habitus sit aut
qua ratione debeat comparari et an melius a virtute velut
non necessaria negligatur videant hii quorum in contemplandis
eiusmodi rebus cura teritur quibusque que prudenter animadver
terint facunde contingit eloqui. Ego in hoc opere facta auc
toribus et auctoribus facta sua reddere contentus quanta cupiditas
eius esse soleat propriis exemplis demonstrare conabor.
s uperior Affricanus Ennii poete effigiem tum in monu
mento Cornelie gentis collocari voluit quod ingenio eius
opera sua illustrata iudicaret. Non quidem ignarus quam diu Ro
manum imperium floreret et Affrica Italie pedibus summum

columne arx capitolina possideret eorum extingui memoriam non posse si his litteris quam illius lumine excessisse magis externas vir homerico quam rudi atque impolito preconio dignaretur.

s imilis honoratus animus erga poetam accium D. bruti suis temporibus clari ducis extitit cuius familiari cultu et prompta laudationis delectatus versibus eius aditus templorum que ex manubiis consecraverat adornavit.

n e pompeius quidem magnus ab hoc affectu glorie aversus qui theophanem mitilenum scriptorem rerum suarum in contione militum civitate donavit beneficium per se amplum accurata etiam et testata oratione prosecutus. Quo est effectum ut nullus dubitaret quin referret potius gratiam quam inchoaret.

l ucius autem sulla et si ad neminem scriptorem animum direxit tamen de Iugurtha a boccho rege ad marium perducto totam sibi laudem cupide asseruit ut anulo quo signatorio utebatur insculptam illam traditionem haberet. Et quantus postea ne minimum quidem vestigium glorie contempsit.

a tque ut imperatoribus gestis inclite spem ... scipionem militiam ... tribus qui strenuam operam edidisset divideret labienus ut forti equiti armillas tribueret admonuit. Eo quod se negaret id facturum ne castrensis honos in eo qui paulo ante servisset violaretur ipse ex preda Gallica aurum equiti largitus est. Nec Scipio id tacite tulit nam equiti habebis inquit donum divitis viri. Quod ille ut accepit proiecto ante pedes labieni auro vultum demisit. Idem ut audivit Scipionem dicentem Imperator te armillis argenteis donat alacer gaudio abiit. Nulla est ergo tanta humilitas quam dulcedine glorie non tangatur. Illa vero a claris viris et ex humilibus rebus petita est.

n am quid sibi voluit C. Fabius nobilissimus civis qui cum in aede salutis quam C. Iunius bubulcus dedicaverat parietes pinxisset nomen his suum inscripsit. Id enim demum ornamenti familie consulatibus et sacerdotiis et triumphis celeberrime deerat. Ceterum sordido studio deditum ingenium qualecumque

illum laborem suum silentio oblitterari noluit · videlicet phidie
secutus exemplum · qui clipeo minerve effigiem suam inclusit
qua convulsa tota operis colligatio solveretur
Eo melius aliquanto si aliena imitatione capiebantur
Themistoclem ardorem esse emulatum · quem ferunt stimulis virtu-
tum agitatum et ob id noctes inquietas exigentem querenti-
bus quid ita eo tempore in publico versaretur · respondisse quia
me trophea meltiadis de sompno excitant marathon ei-
nim illum eius et artemisium et salamina navalis
glorie fertilia nomina illustrando tacitis faucibus incitabant
Idem theatrum petens cum interrogaretur cuius vox auditu
illi futura esset gratissima · dixit eius a quo artes mee optime
canentur · Dulcedinem glorie etiam alexandri pectus insaciabile
laudis accepit qui anaxarcho comiti suo ex auctoritate
democriti preceptoris innumerabiles mundos esse referenti heu
me inquit miserum quod ne una quidem adhuc sum potitus
Angusta homini possessio glorie fuit quod deorum omnium domicilio sufficit
Regis et iuvenis flagitiosissime cupiditati similem
aristotelis in capescenda laude sitim subnectam · Is namque
theodocti discipulo oratorie artis libros · quos ederet donat
molesteque postea ferens · titulum eorum sic alii cessisse proprio volu-
mine quibusdam rebus insistens planius sibi de hiis in theodocti
libris dictum esse adiecit · nisi me tante et tam late patentis
scientie verecundia teneret dicerem · dignum philosophum · cuius stabiliendi
mores altioris animi philosophos traderentur
Ceterum gloria ne ab hiis quidem qui contemptum eius intro-
ducunt commendationem negligitur · quoniam ipsis voluminibus nomina sua
diligenter adiciunt · ut quod professione elevant · usurpa-
tione memorie assequantur · Sed qualiscumque horum dissimulatio
proposito illorum longe tollerabilior qui dum eternam memoriam
assequerentur · etiam sceleribus innotescere non dubitavit quorum e numero
nescio an in primis pausanias debeat referri · Nam cum her-
moclen percontatus esset · quonam modo subito clarus posset eva-
dere · atque is respondisset si aliquem illustrem virum occidisset · futurum
ut gloria eius ad ipsum redundaret · continuo philippum interemit
· Et quidem quod petierat assecutus est · tam enim se parricidio

quam Philippus virtute notum posteris reddidit.
7 Illa vero gloriae cupiditas sacrilega. inventus est qui Dianae Ephe-
siae templum incendere vellet, ut opere pulcherrimo consumpto nomen
eius per totum terrarum orbem dissiparetur, quem quidem insaniae furo-
rem eculeo impositus detexit. Ac bene consuluerant Ephe-
sii decreto, memoriam teterrimi hominis abolendo, nisi Theo-
pompi magnae facundiae ingenium historiis eum suis comprehendisset.
c audidie autem animis voluptatem praebent in conspicuo
posita quae cuique magnifica merito contigerunt. Et quaeque premi-
orum virtutem atque honore contemplando indicanda est. ipsa natura
nobis alacritatem suministrante, cum honorem industriam appeti et
eosdem gratiae videmus. Verum etsi mens hoc loco protinus
ad augustam domum sanctissimam beneficentissimam templum
omni impetu fertur, melius cohibetur. quoniam ascensus in ce-
lum patet, quibus maxima debito tamen minora sunt quam in terris tenuit.
8 inpiori Affricano honor in legittimo tempore datus
est, quod fieri opere exacto senatum leges admonuit. Itaque ne-
sciam utrum illi plus decoris patrum conscriptorum auctoritas
an militum consensus adiecit. Toga enim Scipione ducem
adversus Penos creavit, arma poposcerunt. Cum quae in vita
propria assignata sunt. Itaque quod hodie eximium capit ador-
tiam ymaginem in cella Iovis maximi optimi positam habet,
quae quotienscumque funus aliquod Corneliae genti
celebrandum est. inde petitur, unique illi instar atrii capitoli-
t am Herculee quam curia superior. Catonis effigies venit,
cuius omnis officia exprimitur eiusdem ordinem, qui utilissim
reipublicae senatorem, tamen non semper secum ditare volunt omnibus
vivus virtutem dimitens maior quam suo merito. quam fortune beneficio
magnum cuius prius consilio quam Scipionis imperio deleta
Carthago est.
r ezitum est specimen honoris a Scipione Nasica abortum,
cuius neque manibus et penatibus nondum questore senatus
Pythii Apollinis monitu Pessinunte arcessitam deam excipi
voluit. Eadem enim oraculo preceptum erat, ut haec misteria
matri deum a sanctissimo viro praestarentur. Explica totos fastos
constitue omnes currus triumphales, nihil tamen morum principatu
speciosius reperies.

t radidit subinde nobis ornamenta sua Scipionis domus
Emilianum enim ex candidato edilitatis consulem fecit
Eundem cum questoriis comitiis suffragator Q. Fabii ma-
ximi sororis filii in campum descendisset consulem iterum reddidit
Eidem senatus bis sine sorte provinciam prius Affricam deinde
Hyspaniam dedit / atque hec nec civi nec ambicioso senatori
quemadmodum non solum vite eius severissime cursus sed et
mors clandestinis illata insidiis declaravit /
m Et Valerius duabus rebus insignibus dii pariter atque cives
prestantissimum reddiderunt Illi dii autem quod Gallo cominus pu-
gnanti corvum propugnatorem subiecerunt in tercium et vicesimum annum
ingresso consulatum largiti / quorum alterum decus vetuste originis
optimi hominis gens Corvina amplexa cognomine usurpat
/ alterum summo summi ornamento tam celeritate parti consu-
latus gloriando /
a c Nec Q. quidem Scevole quem L. Crassi in consulatu
collegam habuit gloria parum illustre / qui Asiam tam san-
cte tam fortiter obtinuit ut senatus deinceps in eam provin-
ciam ituris magistratibus exemplum atque formam officii Sce-
volam decreto suo proponeret / Vicerunt illa posteriora suffra-
gia septem C. Marii consulatus ac duo amplissimi tri-
umphi / qui dum apud Numanciam sub eo duce
equestria stipendia mereret / et forte inter cenam quidam Scipi-
onem interrogasset si quid illi accidisset quemnam res publica eque ma-
gnum habitura esset imperatorem / Respiciens se super ipsum cu-
bantem vel hunc dixit quo augurio perfectissima virtus
maximam orientem virtutem vidit / ne cuius accidit predi-
cere vir / ille nimirum cena militaris speciosissimas to-
tas in urbe Marii futuras cenas ominata est / postquam enim
Cymbros ab eo deletos initio noctis nuncius pertulit / nemo
fuit qui non illi tamquam diis inmortalibus apud sacra mense sue libaverit /
n unc in Gneum Pompeium et ampla et nova co-
gesta sunt hinc assensu favore illinc fremitu invi-
die litterarum monumentis obstrepitur /
e ques Romanus proconsul in Hyspaniam adversus Sertorium
pari imperio cum Pio Metello principe civitatis missus est /

tercium illum honorem auspicatus. Bis triumphavit. Ini-
cia magistratuum a summo imperio cepit. Tercium consulatum [senatus] decreto
consulatus solus gessit. De Mitridate et Tygrane de
multis preterea regibus plurimisque civitatibus et gentibus et pre-
donibus unum duxit triumphum.

Q. etiam Catulum populus Romanus voce sua ad sydera
usque evexit. Nam cum ab eo provocatus interrogaretur si in
uno Pompeio magno omnia reponere perseveraret absumpto illo
subito casu in quo spem esset habiturus summo consensu
in te. Vim honorati iudicii admirabilem. Siquidem ma-
gnum Pompeium cum omnibus ornamentis que retuli duarum
sillabarum spacio inclusum tanto equavit.

Posterior et M. Cathonis cum regia pecunia ex Cipro
revertentis appulsus ad rippam Tybere memorabilis videri
debet. Nam nave egredienti consules et ceteri magistratus et universus senatus
populusque Romanus officii gracia presto fuit. Non quod magnum pon-
dus auri et argenti sed quod M. Cathonem classis illa
incolumem advexerat letatus.

Nescio an precipuum L. Marcii inusitati decoris et exim-
(ii eventus) equitis Romani duo exercitus P. et Cn. Scipionum in-
teritu victoria Hanibalis lacerati ducem legerunt. Quo tempore
salus eorum in ultimas angustias deducta nullum ambicioni lo-
cum relinquebant.

Merito virorum commendacioni Sulpicia Servii Paterculi
filia Q. Fulvii Flacci uxor adicitur. Que cum senatus
libris Sibillinis per decem viros inspectis censuisset ut Veneris
Verticordie simulacrum consecraretur quo facilius virginum mulie-
rumque mens a libidine ad pudiciciam converteretur. Et ex
omnibus matronis centum, decem sorte ducte de sanctissima
femina iudicium facerent cunctis castitate prelata est.

Ceterum quia sine ulla diminucione Romane maiestatis
extera quoque insignia respici possunt ad ea transgrediamur.
Pittagore tanta veneracio ab auditoribus tributa est ut que
ab eo acceperant in disputacionem revocare nephas ducerent exist-
imarent. Quin etiam interpellati ad reddendam causam hoc solum respon-
debant ipsum dixisse. Magnus honos sed scolae tenus. Illa urbium suffragiis
tributa

nostro crothoniate studio ab eo pecierunt vt senatum
eorum qui mille hominum numero constabat consiliis suis vti pa-
teretur opulentissima que Ciuitas tam frequenter venerati post
mortem domum Cereris sacrificium fecerunt quia que illa vrbs
viguit et dea in hominum memoria et iste in dee religione cultus est
orgie vero Leontino studiis literarum eta tus est
tis sue cunctos prestanti adeo vt primus in conuentu po-
scere qua de re quisque audire vellet ausus sit vniuersa grecia
in templo delphici Appollinis statuam solido ex auro po-
suit cum ceterorum ad id tempus auratas collocasset
adem gens summo consensu ad amphiaraum decorandum
incubuit locum quo humatus est in formam condicionemque tem-
pli redigendo atque inde oracula capi instituendo cuius cineres
idem honoris possident quod phitie cortine quod
athene dodone quod hammonis fonti datur
erenices quoque non vulgaris honos cui soli omnium feminarum
gimnico spectaculo interesse permissum cum ad olympia filium
Euclea certamen ingressurum adduxisset olympionice patre ge-
nita fratribus eandem palmam assecutis latera eius cingentibus

Liber 9

lib' nonus

landum etiam malum luxuria quam accusare aliquanto
facilius est quam euitare operi nostro inseratur non quidem
vt vllum honorem recipiat sed ut se ipsam recognoscens
ad penitenciam impelli possit Iungatur eidem libido quam ex eisdem vi-
ciorum principiis oritur Neque aut reprehensione aut ab
emendacione separentur gemino mentis errore connexe
ergius orate pensilia balnea primus instituit que im-
pensa leuibus initiis cepta ad suspensa calide aque tantum
non equora penetrauit Idem videlicet ne gulam Neptuni arbitrio
subiectam haberet peculiaria sibi maria excogitauit estuariis
intercipiendo fluctus piscium que diuersos greges separatis molibus
includendo ut nulla tam seua tempestas incideret qua non
orate mense varietate ferculorum habundarent Edificiis etiam
spaciosis et excelsis deserta ad id tempus ora lucrini lacus pressit
vt recenciore conchiliorum frueretur vbi dum se publice aque
cupidius immergit cum Considio publicano iudicium nactus
est In quo L Crassus aduersus illum causam agens ex cuius

sinum Considium dixit quod putaret Orata tam remotum a lacu Lu-
crino ostreis namque eas si inde petere non licuisset in tegulis repti-
nic nimirum magis Ezopus Tragicus in adoptionem dare fi-
lium suum quam bonorum suorum heredem relinquere voluit debuit
non solum perdite sed etiam furiose luxurie immersum quem constat
cantu commendabiles aviculas inmanibus emptas preciis
pro ficedulis ponere aceto quod liquatas magne summe uniones
potionibus aspergere solitum amplissimum patrimonium tamquam ama-
ram sarcinam quam celerrime abicere cupientem Quorum
alterius senis alterius iuvenis sinus secuti plurimum longius
manus porrexerunt Nec enim illud vicium finitur ubi orit-
ur dem ab oceani littoribus acti pisces in infuse culinis arte
tensibus quod edendi et bibendi voluptas reperta
Ubi autem inter secundi belli punici finem et philippum
macedonie regem devictum licentioris vite fiduciam sumpsit Quo
tempore matrone domum brutorum ausse sunt obsidere Qui
abrogationi legis appie intercedere parati erant quam femine
tolli cupiebant quia his nec veste varii coloris uti nec
auri plus semiunciam habere nec iuncto vehiculo propius ur-
bem mille passus nisi sacrificii gracia vehi permittebat Et quod
obtinuerunt ut ius per xx annos servatum aboleretur Non e-
nim providerunt secula illius viri ad quem cultum tenderent insoliti coe-
ptimagis studium aut quonsque se effusura essent victa legum
victrix audacia Quod si animus muliebris apparatus intueri po-
tuisset quibus cotidie aliquid novitatis sumptuosius adiectum est
in ipso introitu ruenti luxurie obstitissent
Nam quid de feminis ulterius loquar quas et imbecillitas
mentis et graviorum operum negata affectatio omne studium ad stu-
diosiorem sui cultum hortatur conferre cum temporum superiorum
et nomine et animi excellentes viros in hoc prisce continen-
tie ignotum diverticulum prolapsos videam id quod iurgio proprie pa-
teat Cn. Domicius L. Crasso college suo altercatione
orta obiecit quod Columpnas ymmetias in porticu domus
haberet Quem continuo Crassus quanti ipse domum suam esti-
marent interrogavit Atque ut audivit sexagesies sestercio Quanto
ergo eam minoris fore existimas si decem arbuscu-
las inde succidero tricies sestercio Domicius ait Tunc Crassus

vter igitur luxuriosior est, Ergone qui decem columnas
centum milibus nummum emit, an tu qui decem arbusculas
umbrarum ad centies sextertium summam compensas, Simorum oblitum patri
inimicorum hanibale iamque carthaginensium stipendiorum habitum
oscitantem et quidem tam in sequentium seculorum edificiis et ne
moribus angustiorem, quam introductam atque inchoatam a se
lautitiam posteris relinquere quam a maioribus acceptam contine
ntiam retinere maluerunt,
q uid enim sibi voluit princeps suorum temporum Metellus
Pius tunc adventus suos in Hyspania ab hospitibus aris
et thure excipi patiebatur, cum attalicis et auleis contectos
parietes leto animo intuebatur, cum inmanibus epulis appara
tissimos interponi ludos sinebat, cum palmata veste convi
via celebrabat, Demissas quoque lacunaribus aureas coronas
velut celesti capite recipiebat, Et ubi ista? non in Asya
nec in Grecia quarum luxurie severitas ipsa corrumpi
poterat, sed in horrida et bellicosa provincia, cum presertim
acerrimus hostis Sertorius Romanorum exercituum oculos Lusi
tanis telis prestringeret. Adeo illi patris sui numidica castra
exciderant. Patet igitur quam celeri transitu luxuria affluxerit
etiam eius adolescentia priscos mores vidit, senectus nova or
ta est,
c onsimilis cogitationis commutatio in domo Curionis extitit
siquidem forum nostrum patris gravissimum supercilium et filii sex
centies sextertium eris alieni aspexit, contractum famosa
iniuria nobilium iuvenum. Itaque eodem tempore et in eisdem pe
natibus diversa secula abierunt, alterum frugalissimum alterum nequissimum,
p ublii autem Clodii iudicium quanta luxuria et libidine
habundavit, in quo ut evidenter incesti crimine nocens reus
absolveretur, noctes matronarum et nobilium adolescentium ma
gna summa empte mercedis loco iudicibus erogate sunt.
Quo in flagitio tam tetro tamque multiplici nescias quem
primum detestere, an qui istud corruptele genus excogitavit, an qui
pudicitiam suam sequestrem periurii fieri passi sunt, an qui religionem,
e que flagitiosum illud convivium quod // stupro permutaverunt,
G. Metellus tribunicius viator ingenui sanguinis sed officii inf

bitum deformis simile Metello et Scipione consulibus Tr. ple. magno cum rubore civitatis comparavit lupanari enim domi sue instituto Muciam et Flaviam tum a patre tum a viro utramque decoratam et nobilem puerum Saturninum in eo prostituit probrosa corpora ludibrio temulentie libidini futura epulas consulibus et tribunis non celebrandas sed vindicandas.

atiline vero Catiline libido scelesta. Nam vesano amore Aurelie Horestille correptus cum unum impedimentum videret quominus nuptiis inter se iungerentur filium suum quem et solum et etate iam puberem habebat veneno sustulit protinusque ex rogo eius maritalem facem accendit ac nove maritalitate orbitatem suam loco muneris erogavit Eodem deinde animo civem gerens quo patrem egerat filii pariter manibus et nepharie attentate patrie penas dedit.

t Campana luxuria per quam utilis nostre civitati fuit. Invictum enim Hanibalem armis illecebris suis complexa vincendum Romano militi tradidit Illa ducem vigilantissimum illa ducem exercitum acerrimum dapibus largis habundanti vino unguentorum fragrantia veneris usu lasciviore ad somnum et delicias evocavit Et tum demum fracta et contusa punica feritas est cum Seplasia et Albana castra esse ceperunt. Quid ergo his vitiis fedius quid etiam dampnosius quibus virtus atteritur victorie relanguescunt sopita gloria in infamiam convertitur animi quoque pariter et corporis vires expugnantur adeo ut nescias ab hostibus ne an ab illis capi perniciosius habendum sit.

Vitium quam sit dapnosum

ue etiam Volsiniensium urbem gravibus et erubescendis cladibus implicaverunt Erat enim opulenta erat moribus et legibus ornata Etrurie caput habebatur Sed postquam luxuria prolapsa est in profundum iniurie et turpitudinis decidit ut servorum se insolentissime dominationi subiceret Qui primum admodum pauci senatorum ordinem intrare ausi mox universam rempublicam occupaverunt Testamenta ad arbitrium suum scribi videbant convivia cetusque ingenuorum fieri vetabant filias dominorum in matrimonium ducebant postremo lege sanxerunt ut stupra sua in nuptiis pariter et viduis impunita essent ac ne qua virgo ingenuo nuberet cuius castitatem non ante ex

numero ipsorum aliquis delibasset /
a [A]t xerxes opum regiarum ostentatione eximia corruptus luxuria
gaudens ut edicto ei premium poneret qui nouum voluptatis genus
repperisset quanta dominus delitiis immersus atque amplissimi imperii ruina
a [A]nthiochus quoque Syrie rex nichilo continent' / na euasit /
cior exempli cuius cecam et amentem luxuriam exercitus imitatus
tus magna ex parte aureos clauos crepidis subiectos ha-
buit / argenteaque vasa ad usum culine comparauit / et taberna-
cula textilibus sigillis adornata statuit auido predo hosti pre-
da optabilis quam ulla ad vincendum strenuo mora. Cum prefe-
h [H]anibal ad Anthiochum exulans ipsi interrogati. an tantus
exercitus sufficere posset Romanis dixit. puto Et si auarissimi
sunt / nichil deterius subrogauit rex de victoria. tunc
sunt / [?]
p [P]tholomeus rex accessio viciorum suorum i. e. de fisco /
rum vixit / ideoque phiscon appellatus est / Cuius nequicia quo
nequius? Sororem nati maioris coniunctam sibi nuptam sibi nube-
re coegit / postea filia eius per vim stuprata ipsam dimisit. ut
vacuum locum nuptiis puelle faceret /
c [C]onsentaneus quoque regibus sue gentis Egyptie populus qui ductu
Archilai aduersus Aulum Gabinium menibus urbis egressus
cum castra vallo atque fossa cingere iuberetur vniuersi succlamauit
ut id opus publica pecunia faciendum locaretur. Quapropter deli-
ciis tam eneruatos animi spiritus exercitus nostri sustinere non potuit /
s [S]ed tamen effeminatior multitudo Cypriorum qui reginas suas
mulierum corporibus velut gradibus construit quo mollius vesti-
gia pedum ponerent. currus conscenderent equo animo sustinebat
Viri enim si modo viri erant vita carere quam tam delicato
imperio obtemperare satius fuit / Nec societas viciorum lasci-
uie voltus et nimie cupiditati inherentium oculorum. at delicato
cultu affluentes / per quos varios illecebrarum motus volubilitatis animi /
c [C]rudelitatis vero horridus habitus truculenta spes violentia
spiritus vox terribilis. et omnia minis et cruentis imperiis referta
cum silencium donare eminentium est addicere. Et enim que mo- 2
dum sibi ipsa statuet. sine sugillationis quidem fremens sunt
reuocata ad summa cum penes illam sit totum. penes nos sit /
s [S]illa quem nec laudare nec vituperare quisquam / odisse /
satis digne potest / quia dum querit victorias Scipionis populo Romano

dum exercet Hanibalem reputat. Egregie namque auctoritate
nobilitatis defensa crudeliter totam urbem et omnes Italie partes
civilis fluminibus sanguinis inundavit. Quatuor legiones contrarie
partis fidem suam secutas in publica villa que in Marcio campo
erat, ne quicquam fallacis dextera misericordiam implorantes obtruncari
iussit. Quarum lamentabiles quiritatus trepide civitatis aures
receperunt lacerata ferro corpora. Tyberis impatiens tanti oneris
cruentatis aquis est vehere coactus. Quinque milia Penestinorum
spe salutis per Cethegum data extra menia municipii evo-
cata, cum proiectis armis humi corpora prostravissent, interfici
protinus ac per agros dispergenda curavit. Quatuor milia et se-
ptingentos dire proscriptionis edicto iugulatos in tabulas
publicas redigit rettulit, videlicet ne memoria preclare rei dilu-
eretur. Nec contentus in eos sevire qui armis a se dissen-
serant, etiam quieti animi cives propter pecunie magnitudinem per
nomen clamore conquisitos proscriptorum numero adiecit. Adversus mulieres
quoque gladios destrinxit, quasi parum cedibus satiatus virorum. Id quoque
inexplebilis feritatis indicium est: abscissa miserorum capita modo
non vultum ac spiritum retinentia in conspectu suum afferri voluit, ut
illa oculis, quia ore nephas erat, manderet. Quam porro
crudeliter se in M. Mario pretore gessit, quem per ora vulgi
ad sepulcrum Lutatie gentis pertractum non prius vita privavit
quam oculos oculos infelices erueret et singulas corporis partes
confringeret. Vix mihi verisimilia narrare videor.
a t ille etiam M. Pletorium, quod ad eius supplicium exanimis
ceciderat, continuo ibi mactavit, novus misericordie puni-
tor, apud quem inique animo scelus intueri scelus admitte
fuit. Sed mortuorum umbris saltem pepercit anime. Nam
C. Marii cuius et si postea hostis questor tamen aliquando fuerat
erutos cineres in Anienis alveum sparsit. Heu quibus actis
felicitatis nomen putavit assequendum.
c uius cum crudelitatem C. Marius invidia levat, nam
ille nimia cupiditate persequendi inimicos iram suam nepharie
destrinxit, L. Cesaris consularis etiam censorii nobilissimum corpus
ignobili sevitia trucidando, et quidem apud seditiosissimi
et abiectissimi hominis bustum. Id enim malorum nimirum
tunc reipublice deerat, ut Variano Cesar piaculo caderet pene

tanti victorie eius fuerunt quarum oblitus plus criminis
domi quam laudis in militia meruit. Idem caput M. An
thonii abscissum letis manibus inter epulas per summam animi
ac verborum insolenciam aliquamdiu tenuit. Clarissimi quoque et civis
et oratoris sanguine contaminari mense sacra passus. P. An
thonium qui id attulerat in sinum suum recentem cede respa
rsus amplexum recepit.
Damasippus nichil laudis habuit quod corrumperet itaque
memoria eius liberiore accusacione perstringitur cuius iussu
principum civitatis capita hostiarum capitibus Carbonis
quoque a Arvine truncatum corpus patibulo affixum gestatum est
adeo vel flagitiosissimi hominis pretura nichil ac maie
stas reipublice nichil potuit.
Munatius etiam Flaccus pompeyani nominis acer quam proba
bilior defensor cum ab imperatore Cesare in Hyspania
inclusus menibus Attingetanum obsideretur efferatam truculenciam
suam crudelissimo rabie genere exercuit. omnes enim eius oppidi
cives quos studiosiores Cesaris senserat iugulatos muro preci
pitavit feminas quoque citatas nominibus virorum qui contrariis castris
erant ut cedes coniugum suarum cernerent et matrum gremiis
suppositos liberos trucidavit infantes quoque alios in conspectu
parentum humo infligi alios sublatos pilis excipi iussit
que uno audita etiam intollerabilia horrore iussu Lusitanorum ma
nibus administrata sunt. cuius presidio genti efferatus vallatus
divinis opibus vecordi pertinacia persistebat.
Transgrediamur ad illa quibus ut par dolor ita nullus nec
civium rubor inest. Carthaginenses Atilium Regulum pal
pebris resectis machine in qua undique preacuti stimuli
eminebant inclusum vigilancia pariter et continuo tractu
doloris necaverunt. Tormenti genus indignum passo auctoribus
dignissimum. Eadem usi crudelitate in milites nostros marino certa
mine in suam potestatem redactos navibus substernebant ut eorum
carinis ac pondere elisi inusitata racione mortis barbaram feri
tatem satiarent tetro facinore pollutis classibus ipsum mac
orum at dux Hannibal cuius ex maiore [illegible] violentia
parte virtus sevicia constabat in flumine Gallo corporibus
Romanorum ponte facto exercitum traduxit ut eque scelestum

terrestrium Carthaginiensium copiarum gessissent tria, quam maritimarum
Neptunus expuerat. Idem captivos nostros omnes et itinere
fessos iam prima parte pedum succisa relinquebat, quos vero
in castra perduxerat paria patrum et propinquorum corpora iungens
ferro decernere cogebat, nec ante sanguine explebatur quam ad unum
victorem omnes redegisset. Iusto ergo illum odio, vindicta tarda,
supplicio senatus Prusie regis factum supplicem ad voluntariam
mortem coegit.
t Tam Herculem quam Antitadem regem, qui una epistola lxxx
civium Romanorum in Asia per urbes negotiandi gratia dispersos interemit, tamquam provincie hospitales deos iniusto sed non inulto
cruore respersit. Cum maximo cruciatu veno repugnante spiritum
suum tamen insatiabile coegit. Simul enim et praecurrit trucibus illis
derit, quibus illos amicos suos animo dictitavit, Gauro spadone
libidinis obsequio scelestissimo imperio afferat.
n Ne nunc digrediar filie regis Tracie crudeliter etsi
nimis admirabilem gentem cuius feritatis narratio sentire
fatetur tam rabies omnium inter vivos homines medios secare nec
parentes liberos vesci carnibus nephas fuit.
7 Tertius Ptolomeus Physcon cognomine Paulo Ah libidinose amentie
detrimentum exemplum. Idem nunc propria crudelitatis inditia
referendum. Erat enim hac truculentius: filium suum nomine Me-
nephitem, quem ex Cleopatra eadem sorore et uxore susce-
perat, liberalis forme et optime spei puerum in conspectu suo
occidi iussit, protinusque caput eius ac pedes precisos et manus
in cystam contectas opertas pro munere natalicio matri misit, perinde
quasi ipse clade quam illi inferebat expers ac non infelicior, tam
in communi orbitate Cleopatram inpatientiorem se tum contemptum
redderet. Adeo ceco furore sinistra quoque effrenescit. Crudelitas
cum immunitate ex securitate repit. Nam cum animadverteret quanto
suo odio patria teneretur, timori remedium scelere petiit, et quo
tutius trucidata plebe regnaret frequens iuventute gymnasium armis
et igni circumdedit, omnesque qui in eo erant partim ferro, partim
o Ochus autem qui postea Darius est appellatus, Persis sacratissimo a parte iuramento obstrictus ne quem ex coniuratorum que vii magos cum eo compresserat aut veneno aut

ferro aut ulla vi aut inopia alimentorum necare, crudeliorem
mortem excogitat ... que odiosos sibi non prompto vinculo tol-
lebat. Septum enim alte parietibus locum cinere compleverunt superposito ex
tigno prominente benigne potione? et cibo exceptos in eo collo-
cabant, e quo sompno sopiti in illam insidiosam congeriem
[P]rior et tetrior aliquanto Ochi cognomine Artaxersis readerunt
Xersis crudelitas, qui Ochi sororem et eandem socrum vivam
capite defodit et patruum cum centum amplius filiis ac ne-
potibus vacua area destitutum iaculis defecit, nulla iniuria la-
cessitus, sed quod in eis maximam apud Persas probitatis et fortitu-
dinis laudem consistere videbat.
[C]onsimili genere emulationis instincta civitas Atheniensium in-
digno quidem suo decreto Aeginensium iuventuti pollices abscidit
ut classe potens populus in certamine maritimare rei secum
descendere nequiret. Non agnosco Athenas a crudeli timo-
re remedium mutuantes.
[S]evus etiam ille Enei tauri inventor, quo inclusi subditis
ignibus longo et abdito cruciatu mugitus resonantem spiritum e-
dere cogebantur, ne eiulatus eorum humano sono vocis expressi
Phalaridis tyranni misericordiam implorare possent. Quam quia calami-
tosis deesse voluit, teterrimum artis sue opus primus inclusus
merito auspicatus est.
[E]t nequidem Etrusci parum feroces in pena existentes, qui
virorum corpora cadaveribus adversa adversis alligata et constricta,
ita ut singule membrorum partes singulis essent accommoda-
te, tabescere simul paciebantur, amari vite et mortis tortores.
[S]icut et illi barbari quos ferunt mactatarum pecudum intestinis
visceribus egestis homines inserere, ita ut capitibus tantum emineant,
quoque diutius pene sufficiant, cibo et potione infelicem
spiritum prorogare, donec intus putrefacti laniatui sint animalibus que
in tabidis corporibus nasci solent. Queramur nunc cum rerum natura
quod nos multis et asperis adverse valitudinis incommodis obnoxi-
os esse voluit, consortium quod celestis roboris humane conditioni ne-
gatum moleste feramus, cum tot cruciatus sibimet ipsa mortalitas
impulsu crudelitatis excogitaverit.
[I]ra quoque aut odium in pectoribus humanis magnos fluctus ex- 3
citant, procursu celerior illa nocendi cupidine, hoc pertinacius
vexandi? consternationis plenus affectus ac numquam sine tormento

sui violenta · quia eadem cum iniurie vox pati cum solitudine
ne non contingat ulcio anxius Sed precipue acerrime sunt
in matrimes · quas ipsi in hac re provinciis aut dicto aliquo · aut
facto vehementiore conspici voluerunt /
[N]am adversus Hasdrubalem Livius Salinator bellum ge-
sturus urbe egrederetur monente Phabio maximo · ne ante de-
scenderet in aciem · quam hostium vires animos cognovisset
primam occasionem pugnandi non omissurum respondit. Interrogatusque
ab eodem · quid ita tam festinaret manum conserere ut quam
celerrime inquit aut gloriam ex hostibus victis aut ex ci-
vibus prostratis gaudium capiam. Ira tunc atque virtus sermonem eius inter
se diviserunt. Illa iniuste dampnationis memor · hec triumphi
glorie intenta. Sed nescio an eiusdem sit vincere fuit · et hec dicere
ardentis spiritus virum · bellicis operibus assuetum · hunc iratum
duo stimula egerunt /
[C] autem Figulum mansuetissimum paterno iure civilis iu-
dicio celeberrimum / prudentie racionis quam immeorem reddidit
Consulatus eius repulse dolore accensus · eo quidem magis quod eum
bis patri sublatum meminerat / cum ad eum postero comiciorum
die multi consulendi causa venissent · omnes dimisit prefatus
Omnes consulere scitis · consulem facere nescitis · Dictum grave et
merito · sed tamen aliquanto melius non dictum Ira quis pro re sapiet iusti-
tiaque ne illi quidem vindicandi quamvis factum eorum nobilitatis
splendore protectum sit / Cum quod Cn. Flavius curulem
postea petivit adeptus erat / offensi anulos aureos et phaleras
equis suis detractas abiecerunt / dolorem impotentiam
tamen non levitatem profecto testati. Talis ire motus aut singulorum
aut paucorum adversus populum universum inclinatus. Erga principes
ac duces eius /
[M]anlio Torquato amplissimam et gloriosissimam a Latinis
et Campanis victoriam in urbem referenti Cum seniores omnes
leticia obviam occurrerent · iuniorum nemo obviam processit · quod filium
adolescentem fortissimum adversus imperium suum preliatum · securi
percussisset · misericordia se equalis nimis aspere puniti
nec factum eorum defendo · Sed ire vim indico · que unius
civitatis et etates et affectus dividere valuit / Eadem tantum
valuit · ut universum ipsorum equitatum · a Fabio Consule ad
hostium copias persequendas missum · cum et tuto et facile eas
delere · legi lugne ab eo impedite mediores inmobiles retineret /

[I]lla vero C. Graccho duci cuius pater dum pro senatus amplitudine
nititur commoda plebis acerrime impugnare infensum exercitum fecit
voluntariam fugam etiam hosti ne triumphum imperatori quereret
dare coegit. Totiens victore victor cum gratulatione eius
in curru spectandum ineffabili pulcherrimam partem omittendam
in C. Graccho totam fugam postponendam respicit.
[Q]ue qui violenter se in pectore Minucii ipsius Romani ingessit eo tempore
quo suffragiis eius dedicatio edis Mercurii M. Plectorio primi
pili centurioni data est preter consulibus C. Flavio qui obsti
tisset quominus aere alieno succurreret Servilio quod susceptam causam
suam largiendo patrimonio protexisset negat efficacem esse iram quam
hortatu miles summo imperio prelatus est. Ergo quid non perpe
travit tacitam impiam sed etiam gestis impotentem.
[N]amque Metellus cum citeriorem Hyspaniam consul primus
deinde proconsul bene totam subegisset postquam cognovit Q. Pompeium
consulem inimicum suum successorem sibi mitti omnes qui modo mili
tiam suam voluere firmi dimisit commeatum petentibus nec
causis receptis ut constituto tempore dedit horrea custodibus amo
tis opertima rapine permisit arcus sagittas quoque Cretensium frangi
atque in amnem abici iussit. Elephantis cibaria dari ve
tuit. Quibus factis ut cupiditati sue indulsit ita maxime
gestarum rerum gloriam corrupit. Iniuriam quam honorem triumphi hosti
um quam ire fortior victor amisit.
[Q]uid Silla dum sic irato obtemperat nonne multo alieno
sanguine profuso ad ultimum et suum erogavit. Puteolis enim ar
dens indignatione quod Granius princeps eius colonie pecuniam a
decurionibus ad refectionem Capitolii promissam cunctantius daret
animi concitatione nimia atque immoderato vocis impetu convulso
pectore spiritum cruore ac minis mixtum evomuit. Nec senio
iam prolapsus ut pote sexagesimum ingrediens annum sed alita
miseris reipublice furentis impotentia. Igitur indubium est Sulla
ne prior an iracundia Sille sit extincta.
[N]unc ad ignote exempla pergere iuvat quod maximus vir
ex plure vitia sua recitandi est Cleon cui proprie fides
excellentissima queque complecti moneat voluntate opi
dedat dum peccata libenter probandi et vitia narrandi
conscientia non deest.

Alexandrum iracundia sua prope modum celo diripuit. Nam quid obstitit quominus illuc vigor eius assurgeret, nisi Lysimachi leoni abiectus et Cliti hasta traiectus et Calistenes mori iussus? quia tres maximas victorias totidem amicorum iniustis cedibus victor exuit.

Quam vehemens deinde adversus populum Romanum Amilcaris odium: quatuor enim puerilis etatis filios intuens, totidem catulos leoninos in perniciem imperii nostri alere se praedicabat. Digna nutrimenta que in exitium patrie sue, ut evenit, converterentur.

Quibus Hanibal mature adeo patria vestigia subsecutus est, ut eo exercitum in Hyspaniam traiecturo et ob id sacrificante, novem annorum natu altaria tenens iuraret se, cum primum per etatem potuisset, acerrimum hostem populi Romani futurum, pertinacissimisque precibus instantem belli commilitium exprimeret.

Idem significare cupiens quanto inter se odio Carthago et Roma dissiderent, inflicto in terram pede suscitatoque pulvere, tunc inter eas finem belli dixit, cum alterutra pars in habitum pulveris esset redacta. In puerili pectore tantum vis odii potuit.

Diliges
defensio
Reipublice

In mulieribus quoque eius multum valuit. Semiramis enim Assyriorum regina, cum ei circa cultum capitis sui occupate nuntiatum esset Babiloniam defecisse, altera parte crinium adhuc soluta protinus ad eam expugnandam cucurrit. Nec prius decorem capillorum in ordinem quam tantam urbem in potestatem suam redegit. Quocirca statua eius Babilonie posita est in illo habitu, quo ad ulcionem exigendam celeritate precipiti tetendit.

Vexabatur etiam avaricia latentium indagatrix lucrorum, manifeste prede avidissima vorago, nec habendi fructu felix et cupiditate querendi miserrima. Cum ad modum locupleti L. Minucio Basilio falsum testamentum quidam in Grecia subiecissent, eiusdem confirmandi gratia potentissimos civitatis nostre viros M. Crassum et Q. Hortensium, quibus Minucius ignotus fuerat, tabulis heredes inseruissent. Quod quamvis evidens fraus erat, tamen uterque pecunie cupiditate facinoris alieni munus non repudiavit. Quantam culpam quam leviter retuli! Lumina curie, ornamenta fori, quod scelus vindicare debebant, inhonesti lucri captura invitati auctoritatibus suis texerunt.

Ceterum aliquanto maiores vires in Q. Cassio cognovit, qui in Hyspania Silium et Calpurnium cum

vendendi sunt gratia cum pignoribus deprehensos quinquies sex-
tercium ab illo ab hac sexagiens pacto dimisit at hic
subito si alterum tantum dare voluisset cunctis suis cum equo animo
illis fuisse prebiturum.

Ceterum avaricia ante omnes L. Septimulei precordia pos-
sedit. Qui cum C. Gracchi familiaris fuisset caput eius
abscidere et ferre per urbem pilo fixum sustinuit quia
Opimius consul auro id se repensurum edixerat. Sunt qui
tradant liquato plumbo eum cavatam partem capitis quo
ponderosius esset explesse. Fuerit ille seditiosus bono perierit
exemplo clientis tamen scelesta fames in hoc usque iacere
iniurias exire non debuit.

Odio merito Septimulei avaricia Ptholomei Cypri regis
Cypri risu prosequenda. Nam cum anxiis sordibus magnas
opes corripuisset propter quas periturum se videret et ideo omni
pecunia imposita navibus in altum processisset ut classe per-
forata suo arbitrio periret et hostes preda carerent non
sustinuit mergere aurum et argentum sed futurum necis sue pre-
mium domum revexit. Procul dubio hic non possidebat
divicias sed a diviciis sed a diviciis possessus est titulo
rex insule animo pecunie miserabile mancipium.

Cavendum etiam ut superbia et impotencia in conspicuo ponatur.
M. Fulvius Flaccus consul M. Plautii Ypsei collega
cum perniciosissimas reipublice leges introduceret de civitate
danda et de provocatione ad populum eorum qui civitatem mutare
noluissent egre compulsus est ut in curiam veniret deinde
partim monenti partim oranti senatui ut incepto desisteret
responsum non dedit. Tyrannici spiritus consul haberetur si adversus unum
senatorem hoc modo se gessisset quo Flaccus in totius amplissimi
ordinis contempta maiestate versatus est.

Que a M. quoque Druso tribuno plebis per summam contumeliam
vexata est. Parum enim habuit L. Philippum consulem quia
se interfari contionantem ausus fuerat obtorta gula et quidem
non per viatorem sed per clientem suum adeo violenter
in carcerem precipitem egisse ut multus e naribus eius cruor pro-

fincdet verum etiam cum senatus ad eum misisset ut in curiam
veniret, quare non potius inquit ipse in Hostiliam curiam propin-
quam rostris cedit ad me venit. Piget adicere quos sequitur
Tribunus senatus imperium despexit. Senatus tribunum verbo pre-
u ante. Pompeius quam insolenter qui balneo
egressus ante pedes suos prostratum Hypseum ambitus
reum et nobilem virum et sibi amicum iacentem reliquit
contumeliosa voce proculcatum nihil eum enim aliud agere
ut convivium suum morari vult. Et hoc dicto consciencia
securo animo cenare potuit.
Ille vero etiam in foro non erubuit Publium Scipionem so-
cerum suum legibus noxium quas ille tulerat in maxima
quidem reorum et illustrium ruina muneris loco a iudicibus
deposcere maritalis lecti blanditiis statum rei publice temptare.
Ceterum facto parum ac dicto M. Antonii commilitio.
Nam cum ad eum triumviro Casetii Ruffi senatoris
caput allatum esset adversantibus id ceteris propius admoveri
iussit ac diu diligenter considerauit. Cumque eum ex-
pectantibus quidnam esset dicturus. Hunc ego inquit notum
non habui. Superba de senatore impotens de occiso con-
atis de nostris. Aliena hinc adiciantur. Alexandri regis
virtus ac felicitas tribus insolentie evidentissimis gra-
dibus exultavit. Fastidio enim Philippi Iovem Amonem progeni-
torem ascivit tedio morum et cultus Macedonici vestem et in-
stituta Persica assumpsit spreto mortali habitu divinum em-
ulatus est, nec fuit ei pudori filium civem hominem dissi-
mulare etc.
Cum Xerxes cuius in nomine superbia et impotencia habitat
suo iure tam insolens usus est ut Grecie indicturus
bellum adhibuit Asie principes. Ne viderer inquit
meo tantum usus consilio vos contraxi. Ceterum memente
parendum magis vobis esse quam suadendum. Arrogans etiam
si victori repetere ei regna contigisset tam deformiter

victi nescias utrum insolentius dictum an impudentius.

Hanibal autem Canensis pugne successu elatus nec admisit quemque civium suorum in castris nec responsum ulli per interpretem dedit. Anibalem etiam ante tabernaculum suum clara voce affirmantem prospexisse se quonam modo paucis diebus Rome in Capitolio cenaret aspernatus est adeo felicitatis et moderacionis diminutum contubernium est.

Insolencie vero inter Cartaginensium et Campanum senatum quasi emulacio fuit. Ille enim separato a plebe balneo lavabatur, hic diverso foro utebatur. Quem morem Capue aliquamdiu refertum C. quoque Gracci oratione in Plautium scripta patent.

6. Occultum et insidiosum malum perfidia sinus latebris suis extrahatur. Cuius efficacissime vires sunt mentiri et fallere, fructus in aliquo admisso scelere consistit, tunc certus cum crudelitate nepharie vinculis circumdedit. Tantum incommodi humano generi afferens quantum salutis bona fides prestat. Habeat igitur non minus reprehensionis quam illa laudis consequitur.

Romulo regnante Spurius Tarpeius arci preerat. Cuius filiam virginem aquam sacris petitum extra menia egressam Tatius ut armatos Sabinos secum in arcem reciperet corrupit, mercedis nomine pactus que sinistris manibus gerebant. Erant autem hiis armille et anuli magno ex pondere auri. Loco potitum agmen Sabinorum puellam premium flagitantem armis obrutam necavit, perinde quasi promissum quod ea quoque levis gestaverant solverit. Absit reprehensio quia impia prodicio celeri pena vindicata est.

Servius quoque Galba summe perfidie. Trium enim Lusitane civitatum convocato populo tamquam de commodis eius

actiuorum octo milia in quibus flos iuventutis consistebat e-
lecta et exuta armis partim trucidavit partim vendidit
quo facinore maximam cladem barbarorum magnitudine
criminis antecessit.

n. autem domicius summi generis et magni animi virum
nimie glorie cupiditas perfidum esse coegit iratus
namque bituito regi arvernorum quod suam et allobrogum
gentem se etiam tunc in provincia morante ad
Q. fabii successoris sui dexteram confugere hortatus
esset per colloquium simulatum accersitum hospicio exce-
ptum vinxit ac Roma nave deportandum curavit
Cuius factum senatus nec probare potuit nec re-
scindere voluit ne remissus in patriam bituitus bellum
renovaret. Igitur eum albam custodie causa relegavit

iriati etiam cedes duplicem perfidie accusationem
recepit in amicis quod eorum manibus interemptus est
In Q. servilio scipione consule quia eis sce-
leris huius auctor impunitate promissa fuit victo-
riam quia non meruit sed emit.

erum ut ipsum fontem perfidie contemplemur
karthaginenses xantippum lacedemonium cuius optima
opera primo punico bello usi fuerant et quo iuvante
attilium regulum ceperant simulantes domum se re-
vehere in altum miserunt. Quid tanto facinore
potentes an ne victorie eorum socius superesset. Extat
nichilominus eque cum opprobrio eorum quem sine ulla
glorie iactura incolumem reliquissent.

Anibal porro nucerinos hortatu suo cum binis
